PRAELECTIONES

IN

GEOGRAPHIAM BIBLICAM

ET

ANTIQUITATES HEBRAICAS

Opus cui titulus : **Praelectiones in geographiam biblicam et antiquitates hebraicas**, cum virorum peritorum judicio non tantum nil contra fidem et mores contineat, verum et studium Sacrarum Litterarum promovere natum sit, libenter approbamus cleroque nostro hanc alteram editionem commendamus.

Gandavi, 17 Decembris, 1906.

† ANTONIUS, Episc. Gandaven.

PRAELECTIONES

IN

GEOGRAPHIAM BIBLICAM

ET

ANTIQUITATES HEBRAICAS

CONSCRIPSIT

C. VAN ONGEVAL, S. T. D.

S. SCRIPT. IN SEM. GAND. PROF.
ECCL. CATH. S. BAVONIS CAN. HON.

Editio altera, aucta et emendata.



GANDAE
EXCUDEBAT A. SIFFER
TYPOGRAPHUS

—

1907



PRAEFATIO AD LECTOREM.

In prodeuntis hujus opusculi limine verbulum adjiciendum existimamus, ne quis, scopi inscius, modum procedendi vitio nobis vertat.

Et primo quidem, cur quaestionum innumerarum quae tractantur multas summatim exponamus, seu cur nonnunquam rei substantiam tantum perstringamus, intelliget qui consideraverit nos intendisse librum *conficere* manualem *qui tyronibus inservire possit, quique anno primo studiorum, et hebdomadaria quidem lectione, absolvi queat.*

Curavimus tamen, citationibus multis adjectis, operibusque nonnullis indicatis, ut, si cuipiam Deus desiderium indiderit, summopere laudabile, breviter exposita labore personali evolvendi, huic desiderio facile satisfieri possit.

Tantum autem abest ut abscondere cupiamus fontes e quibus hausimus, vel furtivas aquas tanquam nostras bibendas proponere velimus, ut potius candidae aequitati et sinceritati summae ex animo studuerimus.

Hac de causa ne a citationibus quidem plurimis alio idiomate praeter latinum factis abhorruimus; quem modum procedendi, ut non omnibus placiturus est forte, ita nec omnibus displiciturum, nec utilitati aut jucunditati obfuturum esse confidimus.

Ne quis vero libri unitatem impugnare se posse existimet, quod notiones quaedam praemittantur quae nil minus sunt quam geographicae aut archaeologicae, monemus id necessarium omnino fuisse alumnis, quibus talia in nulla lectionum serie proponuntur in Seminario nostro, dum contra, alia in introductionibus generalibus ad S. Scripturam tractari solita, singulis annis in aliis lectionibus ipsis explicantur.

De cetero, ita nos habeat unusquisque velimus, nos meliora monentibus, imo, nostra reprehendentibus animum nec difficilem nec asperum ostensuros; verum tum ab his, tum ab illis veritatem prompto pectore recepturos animoque gratissimo.

Offerimus tibi, lector benevole, alteram operis editionem.

Gratiae sint non iis modo qui variis in periodicis benevolentia nimia meris laudibus hoc nostrum opusculum salutaverunt, verum et iis qui laudibus suis verbulum criseos miscere minime dubitaverunt. Tantum abest ut ingratum hoc nobis fuerit, ut potius fructum haud exiguum inde decerpere studuerimus.

Non omnium tamen omnibus desideriis nos satisfacere potuisse, propter varias rationes, opinati sumus. Vellet enim alius notiones circa apocryphos et Talmudem, alius vero ampliorem circa topographiam tractationem, alius iterum multa circa Aegyptum, Arabiam, Chaldaeam, etc., alii demum aliud, varii varia.

Verum, quo, quaesumus, id nos abduceret?

Verumtamen, ut inspicienti et hanc editionem cum editione priore comparanti patebit, quaedam addidimus, mutavimus pauca ; tabulam geographicam novam, cura nostra elaboratam, ac praelectionibus accommodatam, addidimus; et siquidem ipsum hoc factum, priorem scilicet editionem fuisse infra sexennium exhaustam, argumentum est irrefragabile pluribus visum esse opus hoc utilitate non carere, confidimus fore ut idem et deinceps nonnullis tyronibus in studio s. Scripturae prosit, atque illos manuducat illisque praeluceat in exploranda hac plena mysterio et caligine involuta regione.

FONTES.

ALLIOLI, Handbuch der biblischen Alterthumskunde, Landshut, 1844.

ANCESSI, Atlas géographique et archéologique, in 4°, Paris, 1876. L'Egypte et Moïse, Paris, 1875.

BECANUS, Analogia N. et V. Testamenti, nova ed., Gandae, 1881.

CHAUVIN, Introduction générale aux divines Ecritures, Paris.

DOM CALMET, Dictionnaire de la Bible, in f°, Paris, 1730.

FILLION, Atlas archéologique de la Bible, in f°, Paris, 1883. — Atlas d'Histoire naturelle de la Bible, in f°, Paris Lyon, 1884.

FONCK, Streifzüge durch die biblische Flora (Biblische Studien, t. v. fasc. 1), Freiburg in Breisgau, Herder, 1900.

HANEBERG, Die religiösen Alterthümer der Bibel, Munster, 1878.

JAHN, Archaeologia biblica in epitomen redacta, opus iterum editum et correctum ab *Ackermann*, in 8°, Vindobonae, 1825.

KEIL, Handbuch der biblischen Archäologie, in 8°, Leipzig, 1858.

LAMY, Introductio in s. Scripturam, 4ª ed., Mechliniae, Dessain, 1886.

LESÊTRE, La clef des Evangiles, 3e éd., Paris, Lethielleux.

LIÉVIN DE HAMME, le Guide indicateur des sanctuaires et lieux historiques de la Terre-Sainte, 2e éd., Louvain, Desbarax, 1876.

MASPERO, Archéologie égyptienne, in 8°, Paris, 1890.

RÉVILLE, Jésus de Nazareth, 2e éd., t. I, Paris, Fischbacher, 1906.

REVUE BIBLIQUE INTERNATIONALE, publiée par l'école pratique d'études bibliques, établie au couvent dominicain Saint-Etienne de Jérusalem, Paris, Lecoffre et Rome, Ferrari.

TROCHON, Archéologie de la Bible, dans l'Introduction générale à la S. Bible, in 8°, Paris, 1887.

VAN HOONACKER, Le sacerdoce lévitique, Louvain-Londres, 1899. — Le lieu du culte dans la législation des Hébreux, Gand et Leipzig, Engelcke, 1894.

VIGOUROUX, Dictionnaire de la Bible; Manuel biblique, 5e éd., Paris, 1886; la Bible et les découvertes modernes en Palestine, en Egypte et en Assyrie, 4e éd., Paris, 1886.

INDEX RERUM.

INDEX RERUM ALPHABETICUS.

Catalogus figurarum alphabeticus.

Praeter tabulam exhibentem Hierosolyma et Terram S., habentur :

PROOEMIUM.

§ I. — DE DISPOSITIONIBUS REQUISITIS AD STUDIUM S. SCRIPTURAE.

Accingentis se S. Scripturae studio, dispositiones sint oportet :

1. **Reverentia** summa : « quid enim est Sacra Scriptura, nisi quaedam epistola omnipotentis Dei ad creaturam suam » (*S. Greg. M.*). « De illa civitate unde peregrinamur, litterae nobis venerunt, ipsae sunt Scripturae, quae nos hortantur ut bene vivamus » (*S. Aug.*). — Hanc reverentiam verbis non modo sed et exemplo nos docuerunt Sancti : cfr. *Bracq.* Proleg., p. 7-8.

2. **Humilitas** alta : sunt enim intellectu difficilia multa, quae Deus abscondere a *sapientibus et prudentibus*, revelare vero *parvulis* solet (Matth. XI. 26). « Illud ante omnia retinete ut Scripturis Sanctis nondum intellectis, non perturbemini; intelligentes autem non inflemini : sed et quod non intelligitis cum honore differatis; et quod intelligitis caritate teneatis » (*S. Aug.*).

3. **Pietas** : quae complectitur (cfr. opus supra citatum) :

A) *Animae puritatem :* rationem vide sub n. 1. — Hic valde ad rem proponit laudatus auctor consilium quoddam tyronibus perutile : « Occurrunt... in illis nonnulla quae nostris moribus et aevo corruptissimo mira videntur; etenim quo magis profligantur mores, eo honestiora quaeruntur vocabula ad spurcitias tegendas. Hinc in similibus prima idea angelicae virtuti adversa, rejiciatur, et *oculi leventur in montes, unde veniet auxilium nobis*. Non tamen omittenda est S. S. lectio ob ingruentes tentationes, quia illae auxilio Dei superantur,

quemadmodum nec meditatio passionis dominicae omitti potest, docente *S. Francisco Salesio,* ob imaginationes minus castas ».

B) *Bonam intentionem* « Non ad inanem gloriam aut curiositatem, aut aliquid simile, sed tantum *ad aedificationem tuam et proximi.* Sunt namque qui scire volunt eo fine tantum *ut sciant :* et *turpis curiositas* est. — Et sunt qui scire volunt *ut sciantur* ipsi : et *turpis vanitas* est... — Et sunt qui scire volunt ut scientiam suam *vendant,* v. c. pro pecunia, pro honoribus : et *turpis quaestus* est. — Sed sunt quoque qui scire volunt ut *aedificent;* et *caritas* est. Et item qui scire volunt ut *aedificentur;* et *prudentia* est » (*S. Bern.*).

c) *Orationem.* « ... Quod est praecipuum et maxime necessarium, *orent ut intelligant* » (*S. Aug.*).

4. **Studium assiduum.** « Magna enim divinae Scripturae virtus est et multae in verbis latent sententiarum divitiae. Ideo par est ut diligenter attendamus et sollicite scrutemur... Talis est Scripturae mos ut in parvis rebus plurima saepe multitudo sensuum inveniatur » (*S. Chrys.*). Hinc *attente*, simul autem *saepe* (1) legantur Scripturae :

---

(1) Operae pretium est illa paulisper evolvere juxta *Vigouroux*, Man. bibl., p. 16 sqq. « L'étude de la Sainte Ecriture... exige un travail personnel sérieux, une attention soutenue, une application *persévérante* et *réfléchie.* — C'est la *réflexion* qui féconde notre travail, développe l'intelligence, l'agrandit et l'élève... Sans une attention sérieuse, les pensées ne font que passer devant les yeux, elles ne laissent point de traces dans la mémoire; sans la *réflexion,* elles s'entassent pêle mêle dans l'esprit, elles y amoncellent des nuages au lieu de l'éclairer; elles ne deviennent point comme une partie de notre intelligence, elles la traversent seulement comme des étrangères et ne tardent pas à en sortir ... Il importe donc, après avoir lu un chapitre de la Bible, de fermer le livre, et de se demander à soi-même ce qu'on a lu, en faisant subir à son esprit une sorte d'examen de conscience. Il faut alors analyser soi-même le fond des pensées des écrivains sacrés, ... les coordonner entre elles, en chercher la liaison et l'enchaînement, les rapports qu'elles ont les unes avec les autres. C'est un défaut commun, parmi les lecteurs de la Bible, de ne la lire que par morceaux, sans en relier entre elles les diverses parties. On s'occupe des détails, on ne considère pas l'ensemble; on dissèque le livre verset

« Oro te, frater carissime, inter haec vivere, ista meditari, nihil aliud nosse, nihil quaerere » (*S. Hier.*, ad Paulin.). « Divinas Scripturas saepius lege, imo numquam de manibus tuis sacra lectio seponatur. Disce quod doceas, obtine eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem » (*Idem,* ad Nepot.). *Instructio sit medium; aedificatio scopus.* « Omnis Scriptura Sacra eo spiritu legi debet quo facta est. Quaerere potius debemus utilitatem in Scripturis quam sublimitatem sermonis ... Curiositas nostra saepe nos impedit in lectione Scripturarum ... Si vis profectum haurire, lege *humiliter, simpliciter* et *fideliter* » (*Imit. Christi,* lib. I. cap. V, n. 2). — Inde suadendum quam maxime ut identidem meditatio fiat de quodam S. S. loco, praecipue de Evangeliis. Illud autem nota : « La chaire d'un professeur d'Ecriture Sainte ne peut être transformée en chaire de prédication ni de lecture spirituelle. Son rôle se borne à suggérer en passant quelques réflexions pieuses : à chacun de ses auditeurs de les mettre à profit et d'en faire de temps en temps, comme de certaines parties de nos Saints Livres, surtout de la vie de Notre-Seigneur, l'objet de ses méditations » (*Vigouroux,* Man. bibl. 5e éd., I. p. 21-22),

§ II. — DE METHODO SEQUENDA.

1. Est *legenda* prius S. Scriptura *integra* ex ordine, non sistendo difficultatibus, ut jam efformetur idea generalis, modusque loquendi auctorum sacrorum familiaris fiat. « Erit

---

par verset, on ne le contemple pas dans son harmonieuse unité ... » ; quod fieri non posse, comparatione aedificii pulcherrimi et splendidae picturae illustrat. Et pergit (p. 19) : « Une lecture intermittente est en grande partie perdue et porte peu de fruits, parce que dans l'intervalle, on oublie ce qu'on avait vu; quand on la reprend on ne se souvient plus de ce qui précède. Pour être fécond le travail doit être *suivi, régulier*, en même temps que *sérieux* et *appliqué.* S'il y en a qui prennent peu de goût à la parole de Dieu, la cause en est qu'ils la lisent sans suite et sans réflexion suffisante ».

divinarum Scripturarum solertissimus indagator qui primo totas legerit, notasque habuerit, etsi nondum intellectu, jam tamen lectione » (*S. Aug.*). Nec sat mirari potes sapientem regulae Seminarii nostri praescriptionem, hoc punctum spectantem, nemini incognitam : ad quam observandam non possumus quin hic alumnos omnes singulosque enixe hortemur.

2. Incumbendum est quaestionibus in *introductionibus generalibus* tractari solitis : cfr. dicta in *praefatione*, et dicenda ubi de *Geographia* et *Antiquitatibus* incipimus agere. — *Cognitionem* autem *linguarum* hebraicae et graecae et aliarum esse perutilem, superfluum est dicere.

3. *Unicuique libro* in specie studendum, praemissa prius *introductione speciali* in hunc librum, in qua de *auctore*, de *scopo*, de *adjunctis loci et temporis*, de *divisione* etc. dicendum est.

Hic autem merito notat *Vigour.*, Man. bibl., t. I, p. 3 : « Il importe ici, plus encore que dans les autres branches de connaissances, de marcher lentement pour marcher sûrement et pour recueillir beaucoup de fruits. Le moyen le plus efficace d'acquérir l'intelligence de toute la Sainte Ecriture, c'est d'en approfondir une partie séparée ». Est autem, ut nobis videtur, *duplex excessus* vitandus et applicandum notissimum « *in medio virtus* ». Utique *culpandus* nobis videretur qui tempus longissimum impenderet *quibusdam* explanandis, interim multis, imo plurimis utilissimis sepositis; nec *excusandus* ille qui excessum oppositum teneret, et quam plurima celerrime percurreret, quod non modo *nullum fructum* affert *serium*, sed et insuper *fastidium* generat. « Medium tenuere beati ! » Quod et studio privato applicatum cupimus necnon lectionibus discipulis tradendis.

Quod spectat lectionum S. Scripturae auditores, illud sciant, et *practice* sciant, se fructum exiguum percepturos, *nisi cum cura lectionem praeparent* (1).

(1) Lege *Vig.*, Man. biblique, t. I, p. 24.

§ III. — DE VARIIS S. SCRIPTURAE NOMINIBUS HORUMQUE RATIONE.

1. **Salvator** noster ad designanda scripta sacra V. T. usus est vocibus *Scriptura*, vel in plurali *Scripturae* (Joan. V. 39; VII. 38; Matth. XXI. 42; Marc. XII. 10). Similiter **Evangelistae**, (Matt. XXV. 56; Marc. XV. 28; Luc. XXIV. 27; Joan. II. 22) et **S. Paulus** passim iisdem vocabulis utuntur; hic tamen I Tim. V. 18 his designat etiam N. T. (citat enim sub locutione : *dicit enim Scriptura*, Luc. X. 7), et adhibet etiam locutionem τά ἱερὰ γράμματα (II Tim. III. 15) : cfr. etiam I Machab. XII. 9.

2. **Sancti Patres** vel nuda hac appellatione utuntur, vel dicunt : *Sacra Scriptura*, *Sanctae Litterae, Libri divini;* insuper a Graecis sacri codices τὸ βιβλίον, τὰ βιβλία, τα ἅγια βιβλία nominantur : quae quidem nomina in N. T. non occurrunt, verum inde ab aevo apostolico a Patribus graecis praecipue frequenter usurpantur; ab his autem non post longum tempus, ad Occidentem transierunt. Imo hanc denominationem in linguam latinam assumpserunt, dicentes : *Biblia*, *Biblia sacra,* ita tamen ut, versus medium aevum, inceperint dicere non in neutro plurali (ut oporteret) *Biblia*, gen. *Bibliorum,* verum in fem. sing. *Biblia,* gen. *Bibliae.* Inde transiit ad linguas modernas omnes : *de Bijbel*, *la Bible* (vide *Imit. Christi,* lib. I, cap. I, n. 3).

Si quaeratur autem *ratio* illorum variorum nominum, seu si petatur *quare* libri illi vocentur *sacri, divini*, *sancti,* respondemus cum *S. Thom.*, in cap. I. Ep. ad Rom., lect. II : « Dicuntur *sancta*, *primo* quidem quia, ut dicitur II Petr. I. 21 : *Spiritu Sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines* ... *Secundo,* quia sancta continent ... *Tertio,* quia sanctificant ... » — Idem responde si petatur qua de causa vocentur *Scriptura*, *Scripturae, libri* antonomastice.

3. Vocatur *Testamentum, Vetus et Novum Testamentum.* Vox *testamentum* (de vetere foedere) refert hebr. *berith*, et jam occurrit IV Reg. XXIII. 2, vers. graeca; significat autem ipsum *pactum, foedus.* dein *libros* in quibus hoc continetur.

S. Paulus autem *libros foederis prioris* appellavit *Vetus* Testamentum II Cor. III. 14; unde libros alterius foederis *Novum* Testamentum vocaverunt. Ipse insuper vocem hanc, quam hucusque *de pacto* seu foedere sumebant, alio sensu, nimirum *sensu* speciali et *juridico* latinorum adhibuit Hebr. IX. 15-18. « Les saintes Ecritures sont véritablement le *testament de Dieu*, c'est-à-dire, un *écrit authentique* de Lui, par lequel Il nous *lègue ses biens*, et qui a sorti son plein *effet après la mort du divin Testateur*, Jésus-Christ. Telle est la signification précise du mot *Testamentum*, entendu des saints livres sous la plume de Tertullien et de la plupart des Pères de l'Eglise Latine. Outre qu'ils marquent l'antériorité chronologique d'un Testament à l'autre, ces qualificatifs d'*Ancien* et de *Nouveau* signifient encore, et surtout, que le second a pris la place du premier, que celui-ci a vieilli et n'est plus en vigueur : « Dicendo autem *Novum*, veteravit prius. Quod autem antiquavit et senescit, *prope interitum est* » (Hebr. VIII. 20.) Novum autem est Testamentum aeternum (Hebr. XIII. 20) Cfr. *Chauvin*, leçons d'intr. génér., p. 3.

« Tous les noms donnés aux livres inspirés sont donc d'origine biblique, excepté celui de *Bible* lui-même, qui est d'origine ecclésiastique. » (*Vig.*, Man. bibl., p. 29.) — Non dicimus de nominibus *Instrumentum, Bibliotheca sacra, Pandectae.*

Judaei libros sacros variis nominibus designabant. Praecipua sunt : *Libri* (hasepharim, Dan. IX. 2); *libri viginti quattuor*, quot habent in suo canone; *Lex* (hathorah) etc.

§ IV. — DE LIBRORUM S. SCRIPTURAE DIVISIONE.

1. — Apud Judaeos.

Praenotetur Judaeos et Protestantes, libros Deuterocanonicos non recipientes, tantum 39 computare. Judaei ita ordinaverunt illos ut numerum 22 (1) efformarent (pro numero litterarum alphabeti sui) et in tres sectiones diviserunt, ut sequens tabella exhibet :

Lex	**Prophetae**		**Hagiographi** (2)
	PRIORES :	POSTERIORES :	
1. Genesis.	6. Josue.	10. Isaias.	14. Psalmi.
2. Exodus.	7. Judices et Ruth	11. Jeremias.	15. Proverbia.
3. Leviticus.	8. 2 Samuelis.	12. Ezechiel.	16. Job.
4. Numeri.	9. 2 Regum.	13. 12 minores.	17. Canticum.
5. Deuteronomium.			18. Ecclesiastes.
			19. Esther.
			20. Esdras et Nehemias.
			21. Daniel.
			22. Chronica seu Paralipomenon libri.

Nota : Si separatim ponis lib. Judicum et Ruth (n. 7), item Jeremiae Prophetiam et Threnos (n. 11), sunt 24; si insuper separas Esdrae librum a Nehemiae libro (n. 20), habes 25. — Si praeterea separas 2 Samuelis (n. 8), 2 Regum (n. 9), 2 Paralip. (n. 22), et 12 prophetarum minorum scripta (n. 13), ut tot libros sumis, habes 39.

2. — Apud Christianos.

Item *tripartita* est divisio, ut tabella exhibet. Si mavis in *quattuor* partes distinguere et ut *legales* accipere *Pentateuchum* et *Evangelia*, non vetamus; pluribus praeplacet.

---

(1) *Prologus Galeatus* S. Hier ; cfr. *Revue biblique*, an. 1896, p. 409 et 572.

(2) Luc. XXIV. 44 vocantur *Psalmi*.

Historici	Didactici		Prophetici	
	Poetici	Sapientiales	Prophetae majores	Minores
1. Genesis.	21. Job.	23 Proverbia.	28. Isaias.	34. Osee.
2. Exodus.	22. Psalmi	24 Ecclesiastes	29. Jer. proph.	35 Joel.
3. Leviticus.		25. Canticum.	30. » Lament.	36. Amos.
4. Numeri.		26 Sapientia.	31. Baruch.	37. Abdias.
5. Deuteronomium.		27. Ecclesiasticus.	32. Ezechiel.	38. Jonas.
6. Josue.			33. Daniel.	39. Micheas.
7. Judices.				40. Nahum.
8. Ruth.				41. Habacuc.
9-12. 4 Regum.				42. Sophonias.
13. 2 Paralip.				43. Aggaeus.
14. Esdras.				44. Zacharias.
15. Nehemias.				45. Malachias.
16. Tobias.				
17. Judith.				
18. Esther.				
19. I Machab.				
20. II Machab.				
1. Ev. sec. Matth.	6. Ad Romanos.		27. Apocalypsis.	
2. » » Marcum	7. » Corinthios I.			
3. » » Lucam.	8. » » II.			
4. » » Joannem.	9 » Galatas.			
5. Actus Apostol.	10. » Ephesios.			
	11. » Philippenses.			
	12. » Colossenses.			
	13. » Thessalonicenses I.			
	14. » » II			
	15. » Timotheum I.			
	16. » » II.			
	17. » Titum.			
	18. » Philemonem.			
	19. » Hebraeos.			
	20-26. 7 catholicae.			

Computamus 45 libros V. T., 27 N. T., simul 72. Aliis placet 4 (9-12) libros Regum ut *duo* tantum opera sumere, ut faciant libros numero 70.

De geographia sacra et antiquitatibus hebraicis.

Praenotanda. — Praeterquam quod geographia est *alter historiae oculus,* consequenter omnino necessaria studenti *libris historicis,* notandum venit S. Scripturam abundare metaphoris figuratisque locutionibus ex indole regionis desumptis, quas nemo unquam accurate intelliget nisi illi sedulo studuerit. Unde eruitur necessitas studii *topographiae* non modo, sed et *indolis physicae, climatis, historiae naturalis,* etc. regionis hujus (1).

Locutiones multae desumuntur similiter ex *usibus, moribus, institutis, ritibus* peculiaribus populi, quae omnia supponebant auctores sacri cognita; ita ut multas locutiones

---

(1) Quod pulchre evolvit *Vigour.*, Man,. p. 10 sqq. : « Quelle que soit la partie du texte sacré que l'on étudie, les livres sapientiaux exceptés, il faut avoir sous les yeux *une carte de la Palestine.* Il est impossible de bien comprendre les livres historiques de l'Ancien et du Nouveau Testament, les Prophètes, un certain nombre de Psaumes, sans une connaissance exacte de la Palestine. Les faits racontés par la Sainte Ecriture ne se sont pas passés dans le ciel, mais sur un point du globe... Les écrivains sacrés s'adressaient directement à des Israélites qui connaissaient bien leur pays, et leurs écrits supposaient constamment cette connaissance. Pour qui ne l'a pas, l'histoire sainte est comme enveloppée d'un brouillard épais; on ne peut rien *localiser*, on se fait même souvent des idées fausses. On doit donc chercher à comprendre le texte sacré comme le comprenait l'Israélite à qui parlait Isaïe ou avec qui chantait David, et, par conséquent, étudier non seulement la *topographie*, mais aussi *le caractère physique*, *le climat, la production, l'histoire naturelle de la Palestine* ». — Qui, ut ait *S. Hier.*, Judaeam oculis contemplatus fuerit, Sanctam Scripturam lucidius intuebitur »; quod cum omnibus non sit datum, aliunde, quantum possumus, huic defectui occurrere debemus.

intelligere non valeamus nisi accuratas acquisierimus notiones illas varias materias spectantes (1).

---

(1) « La connaissance *de l'archéologie sacrée*, n'est pas moins nécessaire que celle de la géographie. Il faut en étudier avec soin les éléments dans une introduction ou dans un livre spécial. De plus on ne doit négliger aucune occasion de s'instruire de l'histoire et des mœurs de l'Orient, parce qu'elles projettent beaucoup de lumière sur la Sainte Ecriture, et nous mettent en état de comprendre une foule de détails donnés par les Livres Saints. Les commentaires bien faits contiennent, il est vrai, sur ce point les renseignements les plus indispensables, mais on n'en saura jamais trop. Pour augmenter ses connaissances sur ce sujet important, il est utile d'étudier l'histoire de l'Assyrie et de la Chaldée, de l'Egypte, de la Phénicie et de la Syrie, pour l'Ancien Testament; pour le Nouveau, celle de la Grèce et de Rome; pour l'un et pour l'autre, les voyages en Arabie, en Palestine, et, en général, dans tous les pays bibliques. C'est là une lecture aussi intéressante que fructueuse, un moyen d'employer utilement son temps en même temps qu'un délassement agréable.

« On ne se rend pas toujours un compte assez exact de l'importance de ces connaissances, et l'on s'imagine trop facilement qu'elles sont tout à fait accessoires. Cependant, pour comprendre les pensées exprimées dans un livre, il faut en savoir la langue. Or, il ne faut pas croire qu'une langue se compose uniquement de mots et de sons, dont on trouve la signification dans les vocabulaires; elle se compose aussi d'une foule d'allusions aux idées, aux mœurs et aux usages de ceux qui la parlent. Le dictionnaire ne nous apprend pas, il ne peut pas tout nous apprendre. Le peuple met dans sa langue sa vie entière; elle est son œuvre par excellence, l'expression de son génie, un autre lui-même; elle reflète fidèlement ses croyances, ses aspirations, ses coutumes, son organisation, le ciel qui brille au-dessus de sa tête et la terre qu'il foule sous ses pieds, avec ses traits physiques, ses montagnes et ses cours d'eaux, ses productions et ses richesses. Il faut s'être familiarisé avec toutes ces choses, qui sont entrées comme éléments essentiels dans la formation d'une langue, pour avoir l'intelligence de cette langue elle-même Qui pourra goûter pleinement la poésie de la Bible et les pensées exprimées par le Psalmiste et les prophètes, s'il connaît seulement le sens approximatif des mots et s'il ignore le sens précis qu'ils ont en Palestine, et sous la plume des écrivains inspirés? Le ciel de l'Orient n'est pas notre pâle ciel de l'Occident, la rosée a pour ces régions brûlées par le soleil un prix dont nous avons peine à nous faire une idée; il faut savoir comme elle est désirée, attendue, comme une source de bénédictions, par l'habitant de la Palestine, pour sentir toute la profondeur et l'étendue du souhait du prophète : Rorate, coeli, desuper, et nubes pluant justum. Is. XLV. 8. » — La bible est un livre né de l'Orient. L'Orient mieux connu nous fera mieux comprendre la Bible.

PARS PRIOR.

GEOGRAPHIA.

CAPUT I. — DE INDOLE TERRAE SEU GEOGRAPHIA PHYSICA PALAESTINAE.

§ I. — De situ, limitibus, populis finitimis, nominibus.

1. *Situs* (1) per gradus longitudinis et latitudinis : inter 31° et 33° 1/2 lat. bor., 34° 1/2 et 36° 1/2 long. orient; limites in tabula quaerantur; longitudo est circiter 60 leucarum ; latitudo inter 30 et 40.

2. *Populi finitimi* quidam et vicinae regiones aliquot, quorum frequens mentio in Scriptura, hic nominanda occurrunt : *Phoenice*, *Syria*, *Mesopotamia*, *Assyria*, *Chaldaea*, *Media*, *Persis*. — *Regnum Basan*, *Ammonitae*, *Moabitae*, *Ismaelitae*, *Edomitae*, *Philistaei*, *Ægyptus* hebr. *Misraim*.

3. *Nomina varia*. — Vocatur a/ *Palaestina*, quod nomen, non valde antiquum, a *Josepho* tamen jam adhibitum, significans *terram Philistinorum* (qui et Philisthiim et *Palaestini* vocantur), prius imponebatur regioni ab hoc populo occupatae, dein vero ad totam terram sanctam est extensum ; — b/ *Terra Chanaan*, « a Chanaan, quarto Chami filio, a quo orti sunt prisci hujus terrae incolae, in septem praecipuas nationes distincti » (*Lamy*, op. cit., p. 267) ; — c/ *Terra Hebraeorum*, utpote habitata ab Abrahami, Hebraei (transfluvialis) dicti, posteris ; – d/ *Terra Israel*, quia occupata (duce Josue) et habitata a *Jacobi* (*Israelis*)

---

(1) Hic dicenda percurrens, tabulas geographicas adhibeat oportet.

posteris; — e/ *Judaea*, quod nomen, post exsilium saltem, ad totam regionem extensum est, quia inter reduces tribus Juda eminebat; — f/ *Terra repromissionis*, seu *promissa*, utpote quae a Deo Abrahae posteris haud semel promissa fuerit; — g/ *Terra Sancta*, quod nomen, a Christianis frequentius adhibitum, obtinuit tum quia *a populo sancto* habitata fuit, tum quia Christus, *ipsa Sanctitas*, eam praesentia sua sanctificavit.

§ II. — Orographia.

I. — De Montibus.

« Palaestina regio montosa est. Duo quippe montium juga, valle Jordanis separata, eam ab aquilone ad meridiem percurrunt. Passim autem interrupta sunt planitie nunc majori nunc minori.

« Montes praecipui sunt : ad aquilonem, *Libanus*, duobus montium jugis constans, quae fere parallela usque in Syriam protenduntur et mediam relinquunt amplam vallem, quae *Coelesyria* appellatur. *Jugum occidentale* Graecis et Latinis *Libanus*, *orientale Antilibanus* dicitur, quod nominum discrimen Hebraei non observant. Summi horum montium vertices perpetuis nivibus etiam in aestatis fervore albescunt, unde Libani nomen, quod hebraice *album* significat. In Libano erant cupressi et nobiles illae *cedri* in Scriptura notissimae. Hodiedum nonnullae antiquissimae et praegrandes ibi conspiciuntur. In Antilibano crescunt abietes et pinus. Supremus Antilibani vertex, altitudinem 3.743 metrorum habens, Hebraeis *Hermon* (hodie *Djebel el-Scheik*) dicebatur, quod nomen etiam ad totum Antilibanum extendebatur » (*Lamy*, op. cit., p. 268).

Jugum orientale, inde ab Antilibano complectitur ad septentrionem montes *Basan;* ad meridiem prope mare mortuum montes *Abarim* (1), inter quos eminet mons *Nebo* (2) ; in medio montes *Galaad*.

(1) Num. XXVII. 12; XXXIII. 47; Deut. XXXII. 49, etc.
(2) Deut. ib.; XXXIV. 1.

In *jugo occidentali*, inter Jordanem et mare mediterraneum, conspicimus montanum *Nephthali*, montem *Thabor* (1), altum 615 m. in media Galilaea; juxta non spernendam traditionem Christi transfigurationem ibi locum habuisse, neminem fugit (Matth. XVII. 1). « On y éleva donc, dès la fin du VI[e] siècle, *trois églises* en souvenir des *trois tentes* que saint Pierre avait proposé d'y dresser. Les croisés y construisirent aussi une église et un couvent. Melek-Adel frère et successeur de Saladin, le fortifia en 1215, et les chrétiens, cinq ans plus tard, l'assiégèrent vainement » (*Trochon*, op. cit., p. 35). Montes *Gelboe*, ubi Saul et Jonathas occubuerunt (2). — De *monte beatitudinum*, cfr. quae diximus ubi de sermone montano, ad Matth. V. 1. Succedunt montes *Ephraim* vel Samariae inter quos sunt vertices quidam in historia famosi : *Carmelus*, pulchra *montium series* (du S.-E au N.-O.), habens 22 kil. longit., 7 circiter latit., protenditur usque in mare mediterraneum ; est fertilissimus Carmelus (3). Ibi Elias prophetas Baal devicit (4), Sunamitis Eliseum invisit (5).

In media Samaria conspiciuntur montes *Hebal* (6), 924 m., et *Garizim*, 885 m., ubi *benedictiones* sunt prolatae in legis observantes, (in monte Hebal *maledictiones* in transgressores), ubi post captivitatem *Samaritani* templum aedificarunt (7), ab Antiocho Jovi dedicatum (8), a Joanne Hircano destructum (9).

Tandem sunt *montes Juda*, « qui continuent sans interruption celles d'Ephraim, forment un plateau élevé, traversé par une

---

(1) Jos. XIX. 22.

(2) I Reg. XXVIII. 4; XXXI. 1. sqq.; II Reg. I. 6, 21.

(3) Cant. VII. 5; Is. XXXV. 2, etc.

(4) III Reg. XVIII. 21-40.

(5) IV Reg. IV. 25. — « Des moines chrétiens se retirèrent d'assez bonne heure sur le promontoire, et y constuisirent un grand couvent, qui devint, vers 1209, le siège de *l'ordre des Carmes*. En 1799, à la suite de l'expédition française, le couvent fut brûlé par les Turcs. Sa reconstruction, commencée en 1828, a été achevée en 1853. De la terrasse du couvent on a la plus belle vue qu'il soit possible d'imaginer » (*Trochon*, op. cit., p. 36). Lege *L. de Hamme*, *Guide indicateur*, 2[a] ed., 3[a] pars, p. 171 sqq.

(6) Jos. VIII. 30 : « Presque au haut de la montagne un Ouëli musulman renferme, dit-on, le crâne de S. J.-B. » (*Idem*, *ib.*).

(7) *Joseph.*, Antiq. XII, 5, § 5.

(8) II Mach. VI. 2. — (9) *Joseph.*, Antiq. XIII. 8, § 2.

multitude de vallées et de collines, qui s'abaissent par degrés vers l'Ouest, mais qui finissent d'une manière escarpée du côté de la mer Morte. » (*Id.*, op. cit., p. 37) In hac parte habentur montes *Oliveti*, *Moriah*, *Sion*, de quibus ubi de civitate Jerusalem et templo. — Regio illa versus mare mortuum vocatur *desertum Juda*. « Ibi abundant specus seu cavernae partim *natura*, partim *hominum industria* excavatae. Istae speluncae, adhuc hodie sicut olim, asylum saepe praebent hominibus praesertim pastoribus, contra aestatis fervores, aut hostium furores » (*Lamy*, op. cit., p. 269). Caeterum in tota Palaestina, sicut in regione montosa quavis, abundant; in solo Carmelo ultra mille numerantur. Similiter circa Jerusalem et prope lacum Tiberiadis. Loth (1), quinque reges Chanaan (2), David fugiens (3), Elias et Elisaeus (4) referuntur in cavernis asylum quaesiisse. — His etiam utebantur ad sepulturam (vide infra, ubi *de domiciliis*).

II. — De planitiebus et vallibus.

1. *Planities Jordanis*, seu, ut alii dicunt, *vallis* Jordanis, a septentrione usque ad Bethsan, latitudinem 2 leucarum habet; dein *latior* facta, usque 5 ad 6 leucas attingit, ut iterum, ad meridiem, versus mare mortuum *angustior* fiat : prope mare mortuum (quale tunc erat) antiquitus, ante destructionem civitatum peccatricium, vocabatur *vallis Siddim* (5) seu *vallis regis*, eratque fertilis valde (6). — *Planities Jesrael*, saepe citata in S. Scriptura (7), inter montes Carmelum et Gelboe, mirae est fertilitatis. — *Planities Saron* a Carmelo ad Joppe, secus mare, long. 70 kilom., lat. 12-16 kilom.; ejus fertilitatem et pulchritudinem celebrat S. Scriptura (8). Hodie est deserto similis. — *Sephela*, (plaine), in regione Philistinorum partim, partim magis ad orientem.

(1) Gen. XIX, 30.
(2) Jos. X, 16.
(3) I Reg. XXII, 1.
(4) III Reg. XVII, 3; IV Reg. IV, 25.
(5) Gen. XIV, 3, 8, 10, in Vulg. : vallis silvestris.
(6) Gen. XIII, 10.
(7) Jud. VI, 13, etc.
(8) I Paral. V. 16; Is. XXXIII, 9; XXXV, 2.

2. *Valles* hic enumerandae veniunt : *Terebinthi*, prope Bethlehem, ubi David vicit Goliath (1); *Achor*, prope Jericho, ubi Achan jubente Josue lapidatus est (2); *Hebron*, prope civitatem hujus nominis (3); *Gabaon* (4) et *Aialon* (5), prior in tribu Dan, altera in tribu Benjamin, notissimo Josue miraculo celebres; *Josaphat* (6), *Hinnom* (7), Vulg. *Ennom*, prope Jerusalem ad merid.; inde vocem *gehenna* derivari, in Evangeliorum commentario dicitur. Alias quasdam minores silentio premere prae loci angustia cogimur.

III. — De desertis.

Quod notavimus ad Matth. III. 1, huc translatum volumus, scil. *desertum* non semper significare regionem plane desertam, sed saepe *regionem minus excultam*, agriculturae minus aptam, gregibus pascendis tamen minime ineptam. « Le mot *Middebar*, qu'on traduit habituellement par *désert*, ne signifie souvent qu'une vaste plaine propre au pâturage. Le désert n'est pas toujours pour les Hébreux un lieu stérile et dénué de toute habitation; c'est un endroit inculte, mais couvert d'herbes qui servent de nourriture au bétail » (*Trochon*, op. cit., p. 45).

Desertum Juda, postea *desertum Jerusalem* dictum, non carebat vicis nec civitatibus. Ibi praedicabat J.-B. (8).

Dividebatur in varias partes : *Ziph* (9), ad orientem Hebron; *Maon* (10), ad meridiem praecedentis; *Engaddi* (11) : ibi latuit David fugiens; ibi in cavernis latitavere latrones; *Thecue* (13).

Adhuc nominemus *desertum Bethaven* (13) et *Gabaon* (14).

(1) I Reg. XXI. 9-10.
(2) Jos. VII. 24-26; XV. 7.
(3) Gen. XXXVII. 14.
(4) Jos. X. 12. — (5) Ib.
(6) Joel IV. 2, 12.
(7) Jos. XV. 8; XVIII. 16; IV Reg. XXIII. 10; Jer. VII. 31 etc.; cfr. dicta ad Matth. V. 22.
(8) Matth. III. 1.
(9) I Reg. XXIII. 14-18. — (10) Ib. 24-25. — (11) Ib. XXIV. 2.,
(12) II Paral. XX. 20.
(13) Jos. XVIII. 12.
(14) II Reg. II. 24.

§ III. — Hydrographia.

I. — De maribus et lacubus.

1. *Mare mediterraneum*, quod *Palaestinorum* (1), *magnum* (2). *posterius* i. e. occidentale (3) vocavere Hebraei, alluit totum littus occidentale Palaestinae.

2. *Mare mortuum.* Ita vocatur ab auctoribus profanis et aliis, quia in hoc mari nil vitale esse potest. « Nihil enim quod spiret aut possit incedere, prae amaritudine nimia, in hoc mari reperiri potest... » (4). « Dans l'eau de cette mer il n'y a pas d'êtres vivants ; on n'y trouve ni coquillages, ni coraux, ni mollusques. Des poissons de mer qu'on y a apportés y sont morts immédiatement ; il en est de même, à plus forte raison, des poissons d'eau douce amenés par le Jourdain. Mais il est inexact qu'aucun être vivant n'existe sur les rives de cette mer, et que les oiseaux ne puissent la traverser » (*Trochon*, op. cit., p. 48). Longitudo est circiter 75 kilom., latitudo inter 16 et 18 kilom. — Aliis nominibus vocatur ab *Hebraeis* : mare *salis* (5), a nimia aquarum amaritudine (6), mare *deserti* seu solitudinis (7), a deserto quo includitur.

---

(1) Ex. XXIII. 31.

(2) Jos. I. 4.

(3) Deut. XI. 24.

(4) Hier., in Ezech. XLVII, 5. Cfr. *Revue biblique*, an. 1896, p. 570 : « Le niveau du lac est environ 400 m. au-dessous de celui de la Méditerranée, et sa plus grande profondeur est aussi de 400 m. de sorte qu'il est des points où la sonde ne touche le fond qu'à 800 m. au-dessous du niveau de la mer, circonstance qui ne paraît réalisée pour aucune autre cavité lacustre existant à la surface du globe. L'eau du lac, chargée de sels minéraux et d'asphalte, est absolument impropre à la vie ; les ruisseaux qui y débouchent n'amènent que des eaux imbuvables, et rien n'égale l'aspect désolé des bords de ce gouffre... »

(5) Gen. XIV. 3 ; Num. XXXIV. 12 ; Deut. III. 17.

(6) « En moyenne l'eau contient 25 °/o de parties solides, dont la moitié environ est du chlorure de sodium ou sel marin. On y trouve aussi une assez grande quantité de chlorure de magnésie (15 °/o), qui lui donne un goût amer très désagréable, et du chlorure de calcium, qui la rend onctueuse (3 °/o), puis du bromure de potassium (3°/o). » (*Trochon*, op. cit., p. 48).

(7) Deut. III. 17 ; IV Reg. XIV. 25.

— Ab auctoribus *profanis* (1), lacus *Asphaltites* a bitumine quod inde extrahitur. — « *Recentiores Arabes* illud *Nahr-el-Luth* (lacum Loth) appellant, eo quod Loth hanc regionem olim amoenissimam habitavit antequam Deus, igne et sulphure de coelo missis, subverteret Sodomam et Gomorrham aliasque urbes, totamque convallem in lacum mutaret » (*Lamy*, op. cit., p. 271).

3. *Lacus Genesareth* (mare *Cenereth* (2) vel *Cineroth*) seu *mare Galilaeae* (Matth. IV. 18) a circumjacente (ab occid.) Galilaea, seu mare *Tiberiadis* (Joan. XI. 1). In assignandis longitudine et latitudine illius, est mirus dissensus : dicas 20 kilom. circ longum, inter 10 et 15 kilom. latum Profunditas maxima est 50 circiter metr. Ejus aquae piscibus abundabant. De hoc lacu in Evangelio non semel.

De lacu *Merom*, magis ad septentrionem sito, ita *Trochon*, op. cit., p. 50 : « Il forme un bassin triangulaire de 3 à 4 m. de profondeur, et est à 83 m. au-dessus de la Méditerranée. Il est entouré de marais habités par beaucoup d'oiseaux aquatiques, pélicans, canards, et qui empêchent d'approcher de ses bords, même au nord, où des papyrus forment un fourré absolument inpénétrable. C'est près de ses bords que Jabin réunit les Chananéens pour combattre les Israélites à leur entrée dans le pays de Chanaan » (Jos. XI. 5).

II. — De fluminibus et torrentibus.

1. **Jordanes**, nobilissimus et unicus fere Terrae Sanctae fluvius, solus qui nomen *flumen* (fleuve) mereatur. Josephus illum τὸν ποταμόν, le *fleuve*, appellat.

Oritur ex tribus fontibus praecipuis ad septentrionem ; navigationi ineptus est propter *cursus rapiditatem* (ipsum nomen *celerem*, *le rapide* vel *le descendant*, sonat), quae explicatur eo quod altior fons est ultra 500 m. supra, ora autem 400 m infra aequor maris mediterranei (différence de niveau de 900 m.) ; ineptus etiam propter *cataractas* plures, propter *vada*, aliaque obstacula. — Ripae ejus refertae sunt juncis, tamariscis, salicibus,

(1) Jos., Tac., Strab., Q. Curt.
(2) Num. XXXIV. 11 ; Jos. XII. 3.

ibique antiquitus leones latitabant (Jer. XLIX. 19). Aquae ejus, aliquantulum turbidae licet, dulces sunt et potus suavis et amoenus.

Miraculo transierunt Jordanem Israelitae (Jos. III. 15), item Elias et Elisaeus (IV Reg II. 8, 14). Ejus aquis Naaman Syrus mundatus est (IV Reg. V. 10 sqq.); ibi Joannes turbas (Joan. III 23) et Christum (Matth III. 6) baptizavit.

2. **Torrentes.** — Quidam torrentes influunt Jordanem : in ripa dextra *Carith*, in sinistra *Jabok* (1) — Alii influunt mare mortuum : ad occidentem, *Cedron*, de quo postea; ad orientem, *Arnon* (2). — Alii mare mediterraneum influunt : ad sept , *Orontes*; ad hujus meridiem, *Leontes*; item *Belus* : « on y pêchait le mollusque dont les Phéniciens tiraient la pourpre. C'est aussi avec le sable de ses rives que, suivant la tradition, les Phéniciens auraient les premiers fabriqué le verre » (*Trochon*, op. cit., p. 54); *Cison* (3), fontem habens prope *Thabor*, mare influens ad sept. Carmeli, transiens per planitiem Jesrael, notissimus in historia Eliae, est inter pulcherrimos totius Palaestinae; *Sorec* (Jud. XVI 14) in regione Philistinorum, prope quem Dalila habitabat; *Besor* (I Reg. XXX. 9 10), influens mare prope Gazam, erat limes meridionalis planitiei *Sephelah; Torrens Ægypti* (III Reg. VIII. 65), hodie *El-Arisch*, limes meridionalis Palaestinae (4), quandoque simplicitur *Torrens* (5) vocatur.

§ IV. — Climatologia.

Ut ex ipsa indole montosa regionis sequitur, pro diversitate locorum clima est maxime diversum.

Pro *civitate Jerusalem*, sit haec tabula juxta *Trochon* (op. cit., p. 58, not. 1), qui sequitur *Socinum* :

Jan.	8°3	Apr.	15°4	Jul.	23°7	Oct.	21° 6
Febr.	9°3	Maius	21°	Aug.	24°5	Nov.	16° 1
Mart.	14°1	Jun.	22°7	Sept.	22°3	Dec.	9° 9

(1) Gen. XXII. 22; Jos. XII. 2; Jud. XI. 13.
(2) Num. XXI passim; Jos. XII. 1; Is. XVI. 2,
(3) Jud. IV. 7; III Reg. XVIII. 40.
(4) II Reg. XXIV. 7; Is. XXVII. 12.
(5) Ezech. XLVII. 19; XLVIII. 28.

Nix quando cadit, quod rarum est, infra 1 vel 2 horas liquescit; in Galilaea autem quandoque per 2 aut 3 dies manet.

In montibus frigidior est tempestas, in planitiebus autem ferventior, in valle Jordanis similiter, ibique gradatim crescit, usque dum fervidissima fiat prope mare mortuum (1).

Annus non dividitur in quattuor partes, uti apud nos, sed *in duas*, quas *aestatem* et *hiemem* vocare possumus, ita ut non pedetentim et gradatim ab una ad alteram fiat transitus. Pars prior est ab Aprili, quo messem incipiunt, ad finem Octobris.

Pluvia cadit in Palaestina tantum certis anni temporibus scil. a fine Octobris ad finem Aprilis. Copiosa et frequens cadit mensibus Decembri et Januario. Pluvia habetur, *serotina* dicta, quia *ultima* est ante ardores aestatis (*pluie du printemps*, *voorjaarsregen*). Exspectabatur olim atque exspectatur hodie cum anxietate, siquidem ab illa spes messis abundantis (2). Est *altera pluvia*, *temporanea* dicta (*première pluie*, vroege regen, *najaarsregen*), quae necessaria arvis post ardores aestatis, nunquam, nisi in poenam, deerat (III Reg. XVII. 1). Mensibus interjectis terra noctu *abundanti rore* symbolo beneficii divini (3) humectabatur. Pluvia post messis maturitatem erat valde extraordinaria.

---

(1) « Pour résumer, pendant que la gelée et la neige sont inconnues dans la vallée du Jourdain, elles sont très rares et ne restent jamais plus de vingt-quatre heures dans tout le pays au sud de la chaîne septentrionale des montagnes. La *glace* ne s'y voit que par extraordinaire sur des eaux dormantes dans les districts montagneux à l'aube du jour. Les seules allusions que l'Ecriture y fasse, sont dans les Psaumes et dans Job » (*Trochon*, op. cit., p. 59). Job VI. 16; XXXVIII. 29; Ps. CXLIII. 8. « Dans la Palestine, dit *Elisée Reclus*, les phénomènes de climat diffèrent singulièrement à cause de la forme allongée du pays que traversent neuf degrés de latitude, et des grandes inégalités de relief, dominant de 3000 mètres la nappe de la Méditerranée par les groupes du Liban, et descendant à près de 400 mètres au-dessous par la dépression du Ghor. Tandis que le désert syrien et la péninsule de Sinaï ressemblent au Sahara par leurs extrêmes de température, et surtout par leurs chaleurs, certaines vallées bien protégées contre les vents et s'inclinant vers la Méditerranée ont un climat maritime à faibles variations mensuelles ».

(2) Job. XXIX. 23; Prov. XVI. 15; Jer. III. 3; Zach. X. 1.

(3) Gen. XXVII, 28, 39; Is. XLV. 8: etc.

§ V. — De arboribus et plantis.

Inter illas selectionem facere cogimur ne in infinitum extendatur tractatio. Classificationem scientificam non sequimur, verum simpliciter ordine alphabetico procedimus.

I. — De arboribus.

1. *Acacia* (fig. 1) designatur ubi Vulgata (1) ligna *Setim* nominat (*Acacia seyal*). « Le *Seyal* existe encore en quantité assez considérable dans *la péninsule du Sinai.* C'est un arbre tordu, épineux qui résiste aux sécheresses les plus intenses. Il fournit un bois extrêmement dur, d'un grain très fin, d'une belle couleur orange, et en outre le fruit si répandu sous le nom de gomme arabique » (*Fillion*, Atlas d'histoire nat. de la Bible, p. 32). Inveniebatur etiam prope Jordanem ; ad hujus orientem quaedam adhuc hodie conspiciuntur.



Fig. 1.

2. *Aloes* (2) producit substantiam odoriferam raram ac proinde pretiosam. Illam arborem non crescere in Palaestina dicunt. Substantiam non semper extrahunt sed potius lignum comburunt. « On obtient aussi une essence parfumée d'aloès en pilant le bois dans un mortier, et en le faisant ensuite infuser dans l'eau bouillante, jusqu'à ce que l'huile flotte à la surface. (*Vig.* Dict., t. I, col. 401). Duplicem speciem distinguit *Rev. Bibl.*, Oct. 1902, p. 372.

3 *Amygdalus*, hebr. *celui qui veille* (Jer. I. 11), *qui se hâte*, quae prima evigilat seu floret in hac regione. De ejus fructu loquitur Gen. XLIII. 11, de eodem (vel, ut alii plures, *de floribus*

(1) Ex. XXV. 10, 13, 22; XXV. 13, etc.

(2) Num. XXIV. 6; Ps. XLIV. 9; Prov. VII. 17; Cant. IV, 14; Joan. XIX. 39.

ejus), Ex. XXV. 33, 34. — *Aaronis virga amygdalina* erat. « C'est peut être en souvenir des miracles dont elle fut l'objet, que les Juifs actuels portent des branches d'amandier fleuries à leurs synagogues aux grands jours de fêtes » (*Trochon*, op. cit., p. 63, not. 8); cfr. quae diximus in Eccle. XII. 5.

4. *Cedrus* (fig. 2). Scriptura ejus pulchritudinem celebrat; ligna cedrina e Libano comparaverunt David et Salomon ad templum aedificandum (vide dicenda de templo). Est ibi *regina arborum*. Loca notare innumera ubi de illa supersedemus. Hodie paucae sunt in Libano, illaeque perantiquae. — « Arbre remarquable par son élévation, sa forme pyramidale et son port majestueux. Il peut s'élever jusqu'à plus de 30 m. sur un tronc de 13 à 14 m. de pourtour (*Vig.*, Dict., t. II, col. 374). — Lignum est pulcherrimum, pene incorruptibile; combustum vero odorem spargit suavem. (*Eneide*, VIII. 12). Quaedam fragmenta in *British Museum* asservantur.



Fig. 2.

5. *Cinnamomum*. Le *Cinnamome* ou cannellier de Ceylan est un arbre haut environ de 7 mètres, qui doit surtout sa célébrité à son écorce, de laquelle on tire la cannelle. Ce précieux produit est fourni par les branches de 3 ou 4 ans. Après avoir dégagé l'écorce de l'épiderme grisâtre qui la recouvre, on la fait sécher au soleil. Elle a une couleur jaune-rouge, une saveur très aromatique, légèrement piquante, une suave odeur... La *Casse* (cassia), également signalée par les écrivains sacrés comme un parfum de grand prix (Ps. XLIV. 9; Ez. XXVII 19), ne diffère pas beaucoup du cinnamone » (*Fillion*, op. cit., p. 21). Prov. VII. 17; Cant. IV. 14; Ex. XXX. 23; Ap. XVIII. 13.

6. *Ficus* (fig. 3) ubique in Palaestina est obvia : est quasi



Fig. 3.

populi arbor. Ejus fructus optimi sunt et pars magna cibi plebis. Inde intelligitur illam recenseri inter bona divinitus concedenda (Deut. VIII. 8), ejus destructionem haberi ut poenam (1), fecunditatem ut mercedem (Joel II. 22).

7. *Malogranatum* (grenadier) etiam abundat (2). « C'est un arbrisseau souvent armé d'épines, muni de branches multiples, d'un feuillage lancéolé, lisse et luisant, de fleurs



Fig. 4 : flores et fructus

(1) Jer. VII. 17; VIII. 13; Os. II. 12; Hab, III. 17, etc.

(3) Deut. VIII. 18; Cant. IV. 3; VI. 10; VIII. 2; Joel, I, 12.

d'un rouge très vif. Son fruit a la couleur d'une belle orange; il est recouvert d'un péricarpe coriace, jaunâtre ou coloré d'un beau rouge, et consiste en graines anguleuses entourées d'une pulpe rouge, aqueuse, à saveur agréable quoique aigrelette, rafraîchissante : ces graines sont enfermées, au nombre de huit à dix, dans de petites loges séparées par une mince écorce jaunâtre » (*Fillion*, op. cit., p. 31). Vide fig. 4.

8 *Manna*, guttatim a *Tamarisco* defluens (*Tamarix mannifera*), probe distinguenda est a cibo miraculoso quo Israelitas in deserto nutrivit Deus. Lege *Vigouroux*, la Bible et les découvertes modernes, t. II, p. 489-507. Cfr. *L. Fonck*, op. ind.

9. *Myrrha* (Cant. IV. 6; V. 5) e quadam arbore (*Balsamodendron myrrha*) guttatim defluit (gomme-résine parfumée); multis in locis illam laudat Scriptura.

10. *Oliva* (fig. 5) inter benedictiones populo concedendas numeratur (Deut VI. 11; VIII. 7, 8; XXVIII. 40). De illa ejusque fructu saepe loquitur Scriptura. Erat antiquitus estque adhuc hodie ubique obvia. Nobis arbor illa pulchra non est; verum aliter Orientales judicant. Fructum comprimendo extrahunt oleum.


Fig. 5: ramus olivae.

11. *Palma* (Palmier-dattier, fig. 6) rarior nunc est quam antea. Ornatus causa in architectura repraesentatur, praecipue ejus folium (III Reg. VI. 29-36; II Par. III. 5). Ejus fructus magni faciunt (Cant. VII. 7). « Son élévation moyenne est de douze à quinze mètres, quoiqu'il atteigne parfois le double de cette taille. Ses feuilles en pinnules lancéolées ont de 3 à 5 mètres. Il commence à produire des fruits dès l'âge de cinq

ans, mais ce n'est guère que vers la 36me année que la production est complète. L'arbre adulte peut fournir environ dix *régimes* de dattes, pesant chacun de six à dix kilogr. » (*Fillion*, op. cit., p. 7).



Fig. 6.

12. *Pinus.* ob altitudinem quandoque simul cum cedro nominatur. Illas arbores cum cedris misit Hiram ad Salomonem (III Reg. V. 10).

13. *Quercus* ibi in locis quibusdam abundabat; ad orientem Jordanis, in regione *Basan*, erant maximae et celeberrimae. Varia nomina hebraica quae Vulg. hoc modo vertit, a variis quandoque varie vertuntur. Cfr. de quibusdam Gen. XXXV. 8; Jud. IV. 11, etc. Saepe de his in Scriptura; vide *Vig.*, Dict., ad voc. *chêne.*

14. *Sycomorus* (fig. 7) in Scriptura saepe memoratur : fructus, quem habet a mense Novembri ad Junium, sat similis est fico, sed insipidus est, lignum leve et porosum sed diuturni temporis. Abundabat prope Jericho. Non est alta arbor (Luc. XIX. 4); circuitus e contra ingens.

15. *Terebinthus*, sponte ibi crescens, plerumque singularis seu solitaria, alt. 6 vel 7 m., a longe est sat similis quercui (ejus nomen hebr. nomini quercus valda affine est); non abhorret, sicut haec, loca calidissima et nimis sicca. « Beaucoup de térébinthes

sont l'objet de la vénération du voisinage : c'est sous un de ces arbres solitaires qu'un chef bédouin se fait enterrer... On dit que Judas se pendit à un térébinthe » (*Trochon*, op. cit , p. 78).

16. *Vinea.* « Palaestinae solum quavis aetate vinearum fertile fuit. Quamvis autem hodie Mahumedani, a vino abstinentes, vinearum culturam negligant, adhuc tamen egregiae circa Hebron et Bethlehem crescunt vites, quarum botri et permagnos habent acinos et usque ad pondus duodecim librarum pertingunt » (*Lamy*, op. cit., p. 281). Longum et fastidiosum esset referre loca, in quibus vinearum mentio occurrit, inde a Gen. IX. 20, et deinceps passim. — Praeter *sepem* aut maceriem (1), ad fures et feras arcenda, et *turrim* pro custodibus, in vineis singulis erat *torcular*, duobus constans receptaculis quandoque e lateribus confectis, frequentius in saxo excisis. Uvae maturae congerebantur in receptaculum superius, ibique *calcabantur*, ut mustum expressum, per foramen quod erat in ima receptaculi parte, deflueret in receptaculum inferius : inde recondebatur in utres (vide, fig. 8, vi-



Fig. 7.



Fig 8.

(1) Prov. XXIV. 31 ; Num. XXII. 42 ; Matth. XXI. 33 sqq.

rum [*nudum*, sensu biblico] gestantem utrem plenum aqua quam, ut in oriente videre est, pecunia vendit) quos novos esse oportebat, ne vini fermentatione rumperentur (Matth. IX. 17). — « Uvae aliae ardore solis *siccatae* vel sic conservabantur, vel coquebantur in syrupum quod nomine mellis (*Debasch*), nunc adhuc *Dibs* apud habitantes Hebronis appellatur. Racematio pauperibus relinquenda erat. Deus autem saepius vineae populum suum assimilat » (*Id.*, *ib*.) Innitebantur sustentaculis aut ficis se inserebant : inde *sedere sub vite sua et sub ficu sua* (1), i. e. vita tuta et prospera frui. Ad torcular deferebant uvas in sportis (Jer. VI. 9). Vindemiae magna cum laetitia peragebantur.



Fig. 9.

17. *Zizyphus spina Christi* (fig. 9), e qua corona spinea Christi confecta fuisse dicitur. Crescit prope Jerusalem et maxime prope Jordanem. Ad altitudinem parvae arboris quandoque excrescit; rami ejus sunt flexibiles valde, spinae longissimae et durissimae.

II. — De herbis et floribus.

Quam brevissime de quibusdam agimus, iterum non scientificam classificationem sed ordinem alphabeticum sequentes.

1. *Absinthium*, cujus partes omnes amarae sunt, quae odorem fortem et aromaticum spargit, saepe sensu metaphorico designat id quod *amarum* est aut *crudele* (2).

2. *Anethum* (anis), planta aromatica de qua Matth. XXIII. 23.

3. *Coriandrum*, cujus semini manna comparatur (3), alt. 0.50 m. : « Ses graines, analogues à celles de l'anis, sont utilisées

(1) III Reg. IV. 25; Mich. IV. 4; Zach. III. 10.
(2) Jer. IX. 15; XXIII. 15; Lam. III. 15, 19; Prov. V. 4; Apoc. VIII. 12.
(3) Ex. XVI. 31; Num. XI. 7.

pour la confiserie : les orientaux les mêlent à leur pain pour l'aromatiser » (*Fillion*, Atl. d'hist. nat., p. 26).

4. *Herbae amarae*, (Vulg. : *cum lactucis agrestibus*) manducabantur in Paschate (1). « Les juifs mangent ce jour-là cinq sortes d'herbes; d'après les Rabbins ce sont la laitue, l'endive, la chicorée et deux autres dont les noms hébreux ne sont pas identifiés avec des plantes connues » (*Trochon*, op. cit , p. 78).

5. *Hyssopum* (0,50-0,60 m.). Hoc utebantur ad aspergendos postes (Ex. XII. 22), in purificatione leprosorum (Lev. XIV. 6), et sacrificio pro peccato (Num. XIX. 6-8); cfr. Ps. L. 7, et Joan. XIX. 29; Hebr. IX. 19.

6. *Lilium* : de hoc saepe in Scriptura, praecipue in Cant. passim; hodie pauca sunt numero, sed alii sunt flores qui ob similitudinem a vulgo hoc nomine vocari possunt. Sponte saepe in agris nascebantur (Matth. VI. 28). Cfr. *Fonck*, op. ind.

7. *Mandragora* (2). Invenitur in tota Palaestina, fructusque ejus magni fit ab incolis, qui proprietates agnoscunt illi prolificas, quod et alibi admittebatur.

8. *Nardus* a Salomone laudatur propter suavem odorem (3), a Magdalena adhibita fuit ad ungendum Jesum (4), simulque a Graecis et Romanis adhibebatur ad capillos ungendos. « L'odeur en est forte et agréable, la saveur amère quoique parfumée » (*Fillion*, op. cit., p 24).

9. *Zizania*. Cfr. quae diximus in Matth. XIII. 24-30 : est *lolium temulentum* (*ivraie*, *herbe-à-l'ivrogne*, ita dicta propter

(1) Ex. XIII. 8; Num. IX. 11.

(2) Gen. XXX. 14 sqq.; Cant. VII. 13. « Cette plante à laquelle les anciens attribuaient des vertus extraordinaires, est munie d'une grosse racine souvent bifurquée : elle a de grandes feuilles ovales, aiguës, sinueuses et rugueuses, des fleurs d'un violet pourpre, et pour fruits des baies blanches ou rougeâtres de la grosseur d'une prune, remplies d'une pulpe molle et sucrée dont l'odeur est très particulière, quoique nullement désagréable » (*Fillion*, op. cit., p. 19).

(3) Cant. I. 11; IV. 13-14.

(4) Marc. XIV. 3; Joan. XII. 3.

effectus), quod in Palaestina aeque ac apud nos invenitur. Grana sat similia sunt granis frumenti, sed nigra, amaraque gustui. Initio herba ejus herbae frumenti valde similis est.

§ VI. — De Animalibus.

I. — De quadrupedibus.

1. *Asinus* de quo ultra 130 vices in Scriptura, ab antiquis temporibus apparet. Abraham eo utebatur, patriarchae deinceps integra asinorum armenta possidebant. Est autem ibi multo *pulchrior* quam apud nos, *nec* est ibi animal *quasi despectum* (1). Raro aratro alligabatur, ordinarie dorso onera aut etiam homines vehebat. « *Pacis* enim *tempore* omnes asinis vehebantur, etiam primores et matronae, ut Abraham, Moyses, Balaam, Abigail, uxor Davidis, ipse Christus quum triumphans Jerusalem ingressus est (2). » Ita *Lamy*, op. cit, p. 283. Jesus hoc animal elegit non in humilitatis documentum, ut quidam volunt, sed ut ostenderet se *regem pacificum*, qui non gladio sed aliis armis venerat regnum fundaturus suum. Cfr. dicta in Matth. XXI. 1-6.

Asinus sylvester, Vulg. *onager* (3) : de illo saepe Scriptura

(1) « Malgré sa ressemblance avec son homonyme européen, l'âne oriental l'emporte sur le nôtre par plus de vigueur et de prestesse; il est du reste beaucoup mieux soigné, et s'accommode plus volontiers d'un climat chaud. Il a de tout temps rendu les plus précieux services aux populations de l'Egypte, de la Palestine, de l'Assyrie, de la Chaldée etc.; aussi son prix est-il à peine inférieur à celui du cheval » (*Fillion*, Alt. d'hist. nat., p. 33). — « Ce qui rend l'âne si précieux en Egypte et en Syrie, c'est qu'il est fait pour les pays chauds et pour les régions montagneuses et arides. Ses sabots sont longs, creux en-dessous, avec des bords aigus, de sorte qu'il plante son pied avec sûreté, soit dans les montées, soit dans les descentes, là où le sabot plat du cheval est exposé à glisser. De plus, il souffre peu de la soif et de la chaleur; il boit rarement et en petite quantité; la transpiration est chez lui presque insensible, grâce à sa peau dure et coriace. Les herbes sèches et aromatiques sont sa nourriture de prédilection : il préfère les chardons et les plantes épineuses au fourrage le plus tendre et le plus succulent. Ce sont là autant de qualités inappréciables dans un pays sec et entrecoupé de collines et de vallées » (*Vig.*, Dict., t. I. col. 568).

(2) Gen. XII. 16; XXII. 3-5; XXXVI. 24; Ex. IV. 20; Num. XXII. 21 sqq. etc.; cfr. Matth. XXI. 1-6.

(3) Gen. XVI. 2; Job. VI. 5; XXIV. 5; XXXIV. 5-8; Is. XXXII. 14; Dan. V. 21; Os. VIII. 9.

loquitur, alludens ad indolem indomitam et commorationem in deserto. Tunc numerosiores erant quam nostris temporibus.

2. *Boves*, *vaccae*, *tauri*, de quibus multoties in Scriptura; eorum integra armenta patriarchae possidebant; abundabant olim ibi, praecipue in pascuis *Basan*, *Saron*, etc. Hodie eorum numerus valde imminutus est, si excipias aliquot loca. Adhibebantur ad aratra, ad plaustra et ad trituram; carnes eorum in cibum, et lac in potum sumebantur. *Cornua* tropice *robur*, *erecta* vero *superbiam* designant pluries, in psalmis praecipue.

3. *Bubalus* (1) cujus carnibus, quibus delectabantur valde vesci licebat. « Aujourd'hui on s'accorde généralement à y voir une espèce d'antilope (gazelle) commune dans les régions désertes des pays bibliques » (*Trochon*, op. cit., p. 92). « Dans tout l'Orient la gazelle, à cause de sa timidité, de la douceur de son regard, de l'élégance de ses mouvements et de ses formes, est le symbole de la beauté. Un Arabe ne saurait faire un plus grand éloge de sa femme qu'en disant qu'elle ressemble à la gazelle. Salomon fait la même comparaison dans les Proverbes : « *Que ta femme soit une biche aimable et une gazelle gracieuse* » (*Mgr. Mislin*).

4. *Camelus* (gamal), cujus multoties Scriptura mentionem facit, est Orientalibus animal utilissimum. « Cum modico cibo nutriatur (2), sitimque diu (8-10 dies) toleret ac onera gravia portare valeat, eo pluris a Judaeis aestimabatur quo utilior erat quando per inaquosa Idumeae et Arabiae deserta pergebant in Aegyptum aut in Orientem. Camelis enim olim et hodie uti

---

(1) Deut. XII. 15; III Reg. IV. 23; Prov. VI. 5; Cant. II. 7 etc.

(2) « La sobriété du chameau est légendaire. Quand cet animal parcourt à pleine charge (600 kilogr.) une quarantaine de kilomètres par jour, il n'a souvent pour tout aliment qu'une poignée de grains, quelques dattes et une petite boule de pâte de maïs. Il se nourrit alors aux dépens de la masse adipeuse qui constitue sa bosse... Le chameau peut aussi passer de huit à dix jours sans boire... Le chameau a besoin d'une éducation spéciale pour en arriver à supporter de pareilles privations. On l'y accoutume quand il est jeune en diminuant insensiblement ses rations et en espaçant de plus en plus les distributions de vivres et d'eau » (*Dict. Bibl.* t. II, col. 521-522). Ib. de ejus indole dicitur.

consueverunt ad transportanda per desertum sarcinas, cibos, res pretiosas et omnis generis onera. Homines etiam iis vehebantur (1), iisque in bello utebantur. . Cameli inter praecipuas patriarcharum divitias recensebantur. Horum animalium pilos in vestium usum cessisse docet historia Joannis-Baptistae » Matth. III. 4). Ita *Lamy*, op. cit., p. 282. — Carnibus ejus vesci Lege prohibitum erat (*Lev.* XI. 4).

5. *Canis*, quo Occidentales ut *servo fideli* utuntur, imo quem quidam *fere ut amicum* habent, ab Hebraeis *contemptui habebatur*. Judaei hoc nomine *in contumeliam* compellabant gentiles, quemadmodum hodiedum Mahumedani Christianos. Hoc nomine contemptus sicut et humilitatis causa utebantur (2). Tolerabatur canis ut vicinus contemptus et importunus ; fere semper semiferus (3) manet, domesticari perfecte tamen posset.

6. *Caprae*. Numerantur inter opes patriarcharum ; ibi antiquitus maxime numerosae erant, hodie vero imminutus est numerus. Plerumque sunt fulvae. Carne et lacte earum in cibum utebantur Hebraei, ex pellibus earum utres conficiebant. Ex capris metaphorae desumuntur.

---

(1) Gen. XXIV. 10 sqq. ; Jud. VI. 5; Tob. IX. 6, etc.

(2) Deut. XXIII. 18; I Reg. XVII. 43; II Reg. IX. 8; Philip. III. 2; Apoc. XXII. 15.

(3) « En Syrie le chien de berger n'est pas l'intelligent compagnon et le suivant de son maître ; il ne sert qu'à garder le troupeau pendant la nuit contre les bêtes sauvages. On entretient habituellement un nombre déterminé de chiens, jamais moins de six ensemble. Ils couchent hors du bercail et font retentir leurs aboiements, chaque fois qu'on entend les hurlements du chacal. Malgré leurs services ils sont durement traités et battus, et ils meurent à moitié de faim. Pourtant leur fidélité est inébranlable » (*Tristiam*, the natural history of the Bible). « Dans les villes ils sont l'inquiétude des voleurs pendant la nuit et l'effroi des étrangers pendant le jour... — Depuis le coucher du soleil jusqu'à son lever, à moins d'être du quartier, il est dangereux de traverser les rues sans le gardien de chacune des circonscriptions. Car les chiens au premier aboiement de leurs sentinelles avancées se réunissent, s'excitent, et bientôt dévoreraient le malheureux qui serait sans protection. Le gardien vous précède donc avec une lanterne; il connaît les chiens et il est connu d'eux ; il parle aux plus doux, frappe de sa canne ceux qui ne se dérangent pas assez vite et impose à tous, par son autorité, un silence qui succède aux aboiements qu'avait occasionnés le premier bruit de vos pas » (*de Laborde*).

7. *Elephas* : de illo in Scriptura fere nihil : verum eboris frequens mentio (1). Introductus est primum a rege Syriae, Antiocho Epiphane, qui iis utebatur in bello contra Ptolemaeum et Judaeos (I Mach. I. 18; VI. 30 etc.).

8. « *Equus* verbis quam magnificis in libro Job (XXXIX. 19-25) descriptus, non invenitur apud Israelitas ante tempora Davidis qui exercitus equestres sibi paravit; sed jam multi equi occurrebant in Aegypto quum illuc Jacobus ejusque filii ingressi sunt. Populi Chananaei, quos Josue devicit apud aquas Merom, ingentem equorum multitudinem in bello habebant, sed jussu Dei Josue equos captos subnervavit (Jos. XI. 4-9). Equi olim fere solum ad bellum adhibebantur. Postea tamen, etsi rarius, rei rusticae etiam inservierunt, ut colligere est ex Is. XXVIII. 28 » (*Lamy*, op. cit., t. I, p. 382-383). Ad orientem Jordanis hodie sat multi sunt, pauci vero ad occidentem; notum est illos esse maximas Arabum divitias. Pauca animalia adeo in Scriptura laudantur.

9. *Felis*. De illa semel in Scriptura (Bar. VI. 21; Vulg. *catta*). Judaei absque dubio illam cognoscebant, nec hodie rarior ibi est quam in aliis regionibus. Non est certum Judaeos animal illud tanti fecisse, quanti Aegyptii illud faciebant (qui erga ipsum reverentia superstitiosa tenebantur, ita ut, fele familiari mortua, tota domus luctum egerit), quanti etiam illud ubique terrarum faciunt hodiedum.

10. *Leo*. De illo centies et ultra in Scriptura, ubi variis nominibus, ad varias aetates vel qualitates designanda, nominatur. Leo Palaestinae erat leo *persicus*, minor leone barbaro seu africano. Hodie disparuit : tempore expeditionum cruciatarum adhuc cernebatur in regionibus Samariae. Invadit gregem, ipsum aggreditur hominem. De ejus rugitu saepe in Scriptura. Est symbolum potentiae et fortitudinis (Gen. XLIX. 9; Apoc. V. 5). In N. T. *diabolus* ob feritatem ipsi comparatur (I Petr. V. 8), et *Christus* in Scriptura etiam *leo* vocatur ob fortitudinem (Apoc. l. c.); ille leo *ad nocendum*; hic leo *ad vincendum*.

(1) III Reg. X. 22; Cant. VII. 5 etc.

11. *Lepus* (Lev. XI. 5; Deut. XIV. 7) inter impura ponitur animalia a Moyse, utpote *ruminans quidem sed non habens ungulam fissam* : inde objiciunt contra Moysen : verum hic regulam dat juxta externe apparentia; jamvero *videtur lepus ruminare* (vide dicenda infra de animalibus mundis et immundis). Omnes orientales rejiciunt ejus carnem ut impuram, quamvis Aegyptii et Assyrii libenter illa vescantur.

12. *Lupus* saepe in Scriptura memoratur ut ferox et sanguinem anhelans (1); alluditur ad ejus consuetudinem quaerendi praedam post solis occasum (2). Comparantur ipsi *pseudodoctores* (3). Merito ut *terror pastorum* habetur. Non incedunt lupi turmatim ut canes aurei; inveniuntur in tota regione majoresque et robustiores videntur quam in Europa.

13. *Mulus* non apparet ante tempora Davidis, qui muli in psalmis meminit (Ps. XXXI. 9), et jubet Salomonem, ut in regem inauguretur, mulae regiae insidentem ad Gihonem duci (III Reg. I. 33). Inserviebat praesertim vehendis dorso hominibus, verum etiam transportandis oneribus. Lex (Lev. XIX. 19) prohibebat animalia heterogenea inter se copulare, « ad avertendos, ait *Lamy*, ib. 283, (alii aliter) Judaeos ab illegitimo concubitu » : inde muli dicendi sunt invecti aliunde, nisi dicas legem paulatim non stricte fuisse servatam. — « Aujourd'hui le mulet et la mule sont employés dans toute la Palestine; leur résistance à la fatigue et la sûreté de leur pied les rendent précieux dans ce pays de montagnes » (*Trochon*, op. cit., p. 102).

14. *Oves* (4) numerantur inter divitias patriarcharum; tum

(1) Gen. XLIX. 27; Is. XI. 6; Jer. V. 6.

(2) Hab. I. 8; Soph. III. 3.

(3) Ezech. XXII. 27; Matth. VII. 15; Act. XX. 29.

(4) « Le climat et le sol (de la Palestine) leur conviennent à merveille. La race qui prédomine a été dénommée *Ovis laticaudata*, à cause de son énorme queue graisseuse, laquelle pèse jusqu'à dix ou quatorze livres, morceau regardé comme exquis par les orientaux de tous les temps. La *couleur* habituelle des moutons syriens est la *blanche*. Les béliers ont des cornes plus développées que dans nos contrées : elles étaient employées comme instruments de musique dans le culte et comme vases pour porter l'huile et d'autres liquides » (*Fillion*, op. cit., p. 91).

lacte et carnibus in cibum, tum lana ad vestes conficiendas utebantur. Ordinarie sunt albae. Bis in anno tondebantur, et tempore tonsurae convivia celebrabantur (II Reg. XIII. 23). « Ab ovium moribus multi in Scriptura deducuntur tropi. *Christus* nunc *ut pastor*, nunc *ut agnus* (Joan. I. 29), nunc *ut ovis ad occisionem ducta* (Is. LIII. 7) repraesentatur. Interdum una alterave ovis in tentorio alitur et educatur Exinde Christus et propheta Nathan parabolas duxerunt » (*Lamy*, op. cit., p. 284).

15. *Pardus* in tota regione antiquitus abundabat, sicut et hodie, praecipue in sylvis Galaad (ubi gregibus maxime nocet et pastoribus est timori), in Carmelo et circa Mare Mortuum. « L'Ecriture parle de sa vivacité, de sa finesse, de sa persévérance et de sa force. Il est le type de la férocité et dans Daniel la figure d'Alexandre (Dan. VII. 6 ; cfr. Is. XI. 6 ; Os. XIII. 7). Il est bien connu, ainsi que sa peau si gracieusement tigrée... qui est très recherchée » (*Trochon*, op. cit., p. 98).

16. *Sus*, ut ex variis locis colligitur, a Judaeis maxime contemnebatur; ejus carnibus vesci vetitum erat (Lev. XI. 7). Tempore Christi multi porci erant, praecipue in Galilaea et Decapoli (Marc. V. 11), ubi numerosi erant gentiles. Hodie pauci sunt numero, nec carnibus ejus vescuntur Christiani Palaestinam incolentes, ne odium Mahumedanorum incurrant fanaticum.

17. *Vulpes*. Vox hebr. *schou'al* designat tum *vulpem*, tum *canem aureum* (le chacal) : hoc altero sensu sume in historia Samsonis. Vineis nocent vulpes (Cant. 11-15); non incedunt turmatim sed solitariam degunt vitam, praesertim inter ruinas (1).

(1) Lam. V. 18. — Habent *canes aurei* cum vulpibus affinitatem quidem, differunt tamen ab his. « Le chacal est caractérisé par une queue plus courte, un museau moins pointu, des couleurs qui rappellent celles du loup; en outre, il vit *en troupes nombreuses* et pousse durant la nuit des hurlements particuliers (inde unum ex nominibus, *les hurleurs*). D'un appétit vorace il va jusqu'à déterrer les morts pour s'en repaître; il n'est pas moins audacieux que glouton; c'est une plaie des pays syriens » (*Fillion*, Atl. d'hist. nat. p. 99). — Cfr. *Vigouroux*, la Bible et les découvertes modernes, 4e éd. tom. III, p. 383. « La nuit était venue, écrit *Mgr. Mislin*, lorsque les chacals vinrent nous donner le plus désharmonieux concert que j'ai entendu de ma vie : les hurlements qui sortent de toutes les cavernes, de toutes les fentes de rochers, qui ne se font entendre que pendant la nuit

II. — De Avibus.

Avium nonnullae fiunt mentiones in Scriptura : vide prohibitionem Legis, Deut. XXII. 6. Tum ex nonnullarum migratione, tum ex volatu, tum ex modo quo capiebantur retibus, locutiones metaphoricae desumuntur. Ad cantum, quo ibi hodie delectantur, maxime feminae, saepe alluditur (1). Quam brevissime de paucis quibusdam verbulum adjicitur, iterum ordine alphabetico.

1. *Ciconia* hebr. vocatur *pia*, *la pieuse*, propter suam erga pullos teneritudinem. Duae sunt species ciconiae : *alba* et *nigra;* dicunt illam singulis annis post migrationem ad antiquum reverti nidum, multumque amari quia utilis est, praecipue destruendo reptilia. Caro ejus, gustui ceteroquin minime suavis, Lege prohibita erat Judaeis (2). De reditu annuo loquitur Jeremias VIII. 7, de alis ejus Zacharias V. 9; Hier. vertit *milvus*.



Fig. 10.

2. *Columba*. De hac, sicut et de turture, saepe in Scriptura « toujours en des termes honorables et gracieux » (*Fillion*, Atl. d'hist. nat., p. 71). Ita in historia diluvii (Gen. VIII. 8-12), Abrahami (ib. XV. 9), in Lege (3),

---

et dans les plus affreuses solitudes, produisent une étrange sensation ». — In historia Samsonis non de vulpibus agi sed de canibus aureis diximus : hi *turmatim* incedunt, *facilius* quam vulpes *capiuntur*, nec defuerint Samsoni *sodales*, *nec* ullibi dicitur Samson hoc *unica vice* fecisse.

(1) Cant. II. 12; Eccle. XII. 4.

(2) Lev. XI. 19 : Vulg. *herodionem*; Deut. XIV. 18.

(3) Lev. I. 14; V. 7; XII. 8; XIV. 22, etc.

in Cantico (I. 14; II. 12, 14), apud prophetas (1), in Evangelio (2). « Aujourd'hui en Syrie on le trouve dans toutes les habitations : le scheik de chaque village se distingue du commun par la possession d'un vaste colombier » (*Trochon*, op. cit., p. 112). Vide fig. 10. Neminem latet, in Cantico sponsam frequenter comparari columbae, propter mansuetudinem, docilitatem, pulchritudinem, fidelitatem. Similiter oculi sponsae columbarum oculis comparantur (3).

3. *Coturnix* (Ex. XVI. 13; Num. XI. 31; Ps. CIV. 40). Turmatim procedunt; pro parva volandi vi, a vento, cujus flatum sequuntur, adjuvantur et diriguntur; quumque requiescunt, prae defatigatione nimia, facile capiuntur. His nutriti sunt Israelitae in deserto. Quae in Scriptura de his narrantur veritati omnino esse consona a quibusdam negatum fuit; immerito prorsus, ut liquet ex his quae adhuc hodiedum observare est. « On peut se faire une idée de leur nombre en se rappelant que dans une seule saison, on en a pris 160.000 dans la petite île de Caprée, et qu'en un seul jour on en a pris 100.000 près de Nettuno » (*Trochon*, op. cit., p. 111).

4. *Gallus*, *gallina*; certe tempore Christi frequentes erant. Neminem fugit N. T. saepe de iis loqui (Matth. XXIII. 37; Marc. XIII. 35 etc.).

5. *Hirundo* : harum ibi, sicut hic, myriades volitant. — Ezechias querelas suas sonis ab illa editis comparat (Is. XXXVIII. 14). Jeremias alludit ad ejus migrandi consuetudinem (Jer. VIII. 7). Cfr. *Vig.*, Dict., ad vocem HIRONDELLE.

6. *Passer*, Hebr. *tsippor*, quod ultra quadragies in V. T. occurrit, et vox στρουθιον, quae bis in N. T., nomina sunt generica

(1) Is. XXXVIII. 14; LX. 8; Ez. VII. 16; Os. XI. 11.

(2) Matth. III. 16; X. 16; Luc. II. 22-24; Joan. II. 16.

(3) « Par deux fois... l'époux dit à l'épouse qu'elle a des yeux de colombe, et l'épouse fait une fois le même compliment à son époux : Cant. I. 14; IV. 1; V. 12. » Ce sont surtout des yeux purs, beaux, vifs et chastes que les Hébreux envisagent ici, car la colombe ne regarde que son conjoint et ne jette les yeux sur aucun autre » (Rosenmüller). Ita *Dict. bibl.*, t. II, col. 851.

designantia varias passerum species (vel varietates) quarum ultra 150 sunt in Palaestina.

7. *Pelicanus.* Nomen suum hebraice (a radice *evomere*) obtinuit a consuetudine evomendi cibos, pisces etc , collectos in quoddam in pectore positum receptaculum, premendo illud rostro, ad nutriendos pullos : unde *legenda* pelicanum *sibi pectus perforare* rostro, ad pullos nutriendos. Inter impura recensetur (1); est ruinarum et solitudinis amans (Is. XXXIV. 11 ; Soph. II. 14).

8. *Perdix* Illam venatione capiebant (I Reg. XXVI. 20; Eccli. XI. 32); non tantum ipsa sed et ejus ova avide quaeruntur, et copiis magnis inveniuntur.

9. *Struthio,* quem Arabes vocant *impium,* saepe nominatur in Scriptura; inter immunda recensetur (2).

III. — De reptilibus.

1. *Crocodilum* (long. 4 ad 8 m.) notari per Leviathan apud Job, contendunt nonnulli : cfr. Job III. 8 et praecipue XL. 20 sqq., ubi mirabilis descriptio; Is. XXVII. 1; Ps. LXXIV. 14. Designat symbolice Aegyptum, cujus incolae, Herodoto teste, illud animal adorabant.

2. *Serpens* pluribus nominibus designatur in Scriptura. Nomen genericum est *na'asch* (3). Abundant in Palaestina, plerique parvi sunt. Sunt quidam venenosi. De arte incantandi loquitur Scriptura variis in locis (4). De incantationibus cfr. *Vigouroux,* la Bible et les découvertes modernes, t. II, p. 319 suiv.

(1) Lev. XI. 18; Deut. XIV. 18. Vulg. : *onocrotalus.*

(2) Lev. XI. 16; Deut. XIV. 16. « Le cri que pousse l'autruche surtout durant la nuit, est bas, strident, plaintif, et s'entend de très loin. Pendant le jour c'est une sorte de sifflement. L'écriture mentionne la beauté de ses plumes, son habitude de laisser ses œufs sur le sol et de *les y laisser éclore à la chaleur du sable* (Job XXXIX. 13-18), *l'abandon qu'elle fait de ses petits* (Lam. IV. 3), sa stupidité prétendue et son extraordinaire vélocité, son habitat dans les endroits les plus déserts ». Ita *Trochon,* op. cit., p. 110; cfr. Is. XIII. 21; XXXIV. 13; Jer. L. 39.

(3) Gen. III. 1. sqq.; Ex. IV. 3, VII. 15, etc.

(4) Ps. LVIII. 4; Jer. VIII. 17; Eccle. X. 11.

IV. — De Piscibus.

Scriptura tantum in genere loquitur de piscibus : distinguit inter pisces habentes pinnulas squamasque et pisces illis carentes : hos manducare Lege prohibitum erat (Lev. XI. 9-12).

Saepe alluditur ad pisces Nili, quibus plebs vescebatur (Num. XI. 5; Is. XIX. 8 etc.). His valde similes sunt pisces Palaestinae. In mare Galilaeae numerosi sunt. Dicunt illos magnam, imo incredibilem quandoque cooperire superficiem (des bancs considérables). — Quis piscis intelligendus sit Jon. II. 1, 11 non dicit Scriptura, *piscem magnum* illum vocans : probabiliter est *canis carcharias* (requin).

V. — De quibusdam aliis (1).

1. *Apis* hebr. deborah. De illa ejusque fructu melle, saepe in Scriptura. Sunt quae magno cum furore aggrediuntur mel suum auferre volentes : inde nonnullae comparationes intelliguntur (2). Melli comparatur verbum seu lex Dei, Ps. XVIII. 11. Terram sanctam passim dici *manare lacte et melle* neminem fugit. Nulla quippe regio, tum propter flores numerosos et varios, tum propter siccitatem et calorem, apibus aptior est. Mel etiam deponunt in fissuris rupium et cavis arborum. Mel invenit Samson in ore leonis (3).

---

(1) Ita inscribere cogimur hunc numerum, eo quod classificationem scientificam non secuti reliqua alio titulo insignire non possumus.

(2) Deut. I. 44 ; Ps. CXVII. 12; Is. VII. 18.

(3) Jud. XIV. 8. — « On a objecté contre ce récit que les abeilles évitent les corps morts. Il est vrai que ces insectes fuient *les cadavres en putréfaction*, mais ils ne fuient pas un squelette complètement desséché. Or l'événement rapporté dans l'histoire de Samson n'eut lieu qu'un certain nombre de jours après la mort du lion, *peut être un temps assez considérable*. Dans l'intervalle le cadavre avait pu être tout à fait desséché, et les abeilles avaient eu le temps d'y faire du miel. Le cas était extraordinaire, mais il n'est nullement impossible. *Les animaux morts sont dévorés* en Orient avec une rapidité effrayante. J'ai vu à Alexandrette en Syrie, les cadavres des chameaux perdus par les nombreuses caravanes qui y arrivent, réduits en quelques heures à l'état de squelette. Le soleil brûlant ne laisse plus bientôt sur les ossements aucune trace de putréfaction et la mauvaise odeur ne peut par conséquent en éloigner les abeilles » (*Vig.* Dict., t. I, col. 27).

2. *Aranea.* Plures sunt species in Palaestina. Illius telae comparantur consilia improborum (1). In quibusdam locis, Versiones araneae vel illius telae mentionem faciunt, ubi in textu aliud quid dicitur. Cfr. *Vig.* Dict., ad vocem *araignée.*

3 *Locusta.* De hac pluries in Scriptura (2) : cfr. Joel, I. 6. sqq. ubi pulchre illarum incessum describit. Varia nomina in Scriptura designant varietates et varias aetates. — De calamitate locustarum ita *Lamy* : « Agmina densa locustarum non raro regionem invadunt, quae *velut exercitus* progredientes omne quod occurrit viride devorant, arborum *ramos decorticant et terram omni fructu et segete vacuam relinquunt*, unde oritur annonae caritas et fames. Hae locustae, quarum plures species in Scripturis designantur, nostris majores sunt : fere tres aut quattuor pollices longae, crassitudine facile digitum hominis aequant ». Utiliter leges de locustarum invasione *Vigouroux*, la Bible et les découvertes modernes, t. II, p. 354 sqq.

4. *Musca* : cfr. dicenda ad Ex. VIII. 21 (3). In duplici loco (4) occurit vox *zeboub*, quae designat quamdam muscarum speciem, quae in valle Jordanis et alibi ipsis animalibus molestae sunt, et adeo quidem ut Phoenices contra illam idolum quoddam, cui nomen *Baalzeboub*, invocaverint; cfr. ad. Matth X. 24 sqq.

5. *Purpura.* Quis non audivit de *purpura Tyri?* « La Phénicie était renommée pour sa production, célèbre dans le monde ancien. On la tirait de deux (ou trois) espèces de coquillages (fig. 11). Aujourd'hui on trouve des bancs de coquilles... près de Tyr : ce sont les débris d'une industrie disparue. — La matière

(1) Job. VIII. 14; Is. LIX. 5.

(2) Ex. X. 4; Lev. XI. 20-22; Jud. VI. 5; Eccli. XLIII. 19; Nahum III. 15-17; Apoc. IX. 3.

(3) « La mouche commune est à elle seule assez ennuyeuse pour avoir contribué à produire une des plaies d'Egypte. Il faut avoir vécu en Orient pour se rendre compte de l'irritation qu'elle cause. On sait que l'ophthalmie purulente, si pernicieuse en Egypte, est due à cette mouche qui transporte l'infection d'une personne à une autre » (*Trochon*, op. cit., p. 131) Cfr. *Vigouroux*, la Bible et les découvertes... t. II, p. 348 sqq.

(4) Is. VII. 8; Eccle. X. 1.

colorante s'extrayait d'un petit vaisseau placé près du gosier de l'animal : chaque coquille n'en donnait qu'une goutte. Celle-ci recueillie, on écrasait le mollusque pour obtenir une pourpre de qualité inférieure » (*Trochon*, op. cit . p. 125). — Alia purpura, *le cramoisi*, sumebatur e *cocco ilicis*, *la cochenille*. De utraque specie saepe loquitur Scriptura


Fig. 11.

6. *Scorpio*, animal nocivum valde, tum in Vetere tum in Novo Testamento citatur (1). Multi sunt in deserto Sinai et in Palaestina, quorum quidam longitudinem 0.21 m. habent. Morsus dolorem acrem producit, raro tamen lethalis est homini. Hoc nomine species flagelli indicatur III Reg. XII. 11; Par. X. 14.

7. *Vermis*. Vermium plures sunt species in Palaestina. Neminem fugit per illum symbolice designari partim poenam aeternam (Is. LXVI. 24; Marc. IX. 43 etc.).

CAPUT II. — TOPOGRAPHIA PALAESTINAE.

Tractationem utilem sane, de variis locis in quibus inde ab initio protoparentes, dein per decursum temporis genus humanum, vel tandem familia electa commorata sunt, seu *de paradiso terrestri* (2), *de tabula ethnographica* (Gen. cap. X), *de terra Gessen*, *de peninsula Sinaitica*, ne in infinitum extendamur, omittere cogimur (3).

(1) Deut. VIII. 15; Ezech. II. 6; Luc. X. 19; XI, 12; Apoc. IX. 3, 5, 10.

(2) De paradiso et de tabula ethnographica agimus in *commentario* nostro *in Genesim*, Gandae, A. Siffer, 1902.

(3) Circa terram Gessen totamque Aegyptum, Magister alumnos doceat, inspectis tabulis, scitu maxime necessaria. Idem dicatur de aliis regionibus biblicis. — De itineribus S. Pauli specialis requiritur tractatio, specialisque tabula geographica. De his ubi liber Actuum Apostolorum explicatur.

§ I. — De Palaestina usque ad tempus Christi.

Antiquitus occupata erat regio a Chananaeis, posteris Chanaan. Erant in varios populos divisi : nominantur *Hethaei*, *Jebusaei*, *Amorrhaei*, *Chananaei* (stricte), *Hevaei*, *Gergesaei*, *Pherezaei*. Quemnam locum singuli occupaverint hic describere supersedemus : de hoc puncto agit *Trochon*, op. cit., p. 165 sqq. ; merito autem dicit : « Voici la distribution probable ».

« Hisce primis incolis majorem partem deletis, nonnullis tamen contra praeceptum Dei servatis, successerunt in Terra Chanaan Israelitae, qui, duce Josue, hanc regionem subjugarunt, ejusque urbes et terras inter duodecim tribus distribuerunt. Tribus Ruben, Gad et dimidia tribus Manassis regionem trans Jordanem obtinuerunt »... (*Lamy*, op. cit., p. 273), reliquae 9 1/2 regionem inter Jordanem et Mare Mediterraneum sitam. — Tribus Levi nullam partem distinctam, sed 48 urbes obtinuit, simul cum suburbanis, de quibus postea (legatur liber Josue). Partes singularum tribuum cum limitibus et urbibus praecipuis in quadam tabula geographica videantur.

Antequam autem Israelitae terram hanc occupaverint, gemuerant diu sub Aegyptiorum jugo, dein Mari Rubro insigni miraculo transmisso, per quadraginta annos in deserto commorati sunt : de terra Gessen, de itinere ad mare, de transitu maris, de deserto seu peninsula sinaitica, simulque de variis stationibus (de quibus multum controvertitur), confer auctores probatos in Exodum reliquosque Pentateuchi libros. Lege *Vig.*, la Bible et les découvertes, t II, pag. 229-248 et 370-618.

§ II. — De Palaestina tempore Christi et secutis temporibus.

Superficies. Relata opinione *Hier.*, qui longitudinem 60 circiter leucarum, latitudinem vero multo minorem (quam non determinat) assignat, concludit *Trochon* (vide pag. 11) : « En

un mot la superficie de la Palestine équivalait à peu près à celle de la Suisse ».

Divisio. Dividebatur regio *cisjordanica* in *Judaeam*, *Galilaeam*, *Samariam*; regio *transjordanica* in *Peraeam* (hoc tamen nomine venit quandoque tota regio transjordanensis, περαν, *trans*), *Bataneam*, *Trachonitidem* (cujus partem fuisse *Auranitidem*, probabile censet *Dict. Bibl.*, t. I, col. 1254), *Gaulanitidem*, *Ituraeam*. *Decapolis* (Matth. IV. 25; Marc. V. 20 etc.) complectens, ut nomen indicat, 10 urbes, maxime ad orientem Jordanis prope lacum Genesareth sita, habebatur ut ad Syriam pertinens (cfr. *Lesêtre*, op. cit., p. 44-45); *Abilena* sita ad aquilonem et orientem (N-E), pertinebat ad tetrarchiam Lysaniae (Luc. III. 1). Mortuo Herode Magno, difficultates subortae sunt circa regni divisionem. Ut diximus in Matth. II. 19, res composita est ab imperatore romano, qui regnum divisit inter tres Herodis filios : *Judaeam* et *Samariam* (adjecta *Idumaea*) concessit *Archelao*, cui titulus *ethnarcha*. Hoc autem post 9 annos in exilium relegato, haec regio gubernabatur per *Procuratores* romanos, inter quos Pontius Pilatus (5us vel 6us) recensetur. — *Galilaea* cis, et *Peraea* trans Jordanem data sunt *Herodi Antipae*; pars reliqua (vide supra) cessit *Philippo* : hi duo *tetrarchae* vocabantur.

Verbulum additur de civitatibus quibusdam. Praeter civitates aut vicos quae in libro indicantur, alia esse notatu digna, in oculos incurrit. In illis inquirendis alumnorum dux et indigitator sit magister.

In Galilaea nominandae sunt *Capharnaum* (cfr. Matth. IV. 13), ubi Christus tempore vitae publicae frequenter commorabatur, ad occid. stagni Genesareth; *Corozain* et *Bethsaida* (duplex erat : vide tab. geogr.), de quibus in Evangelio non semel; *Cana*, ubi aquam convertit in vinum; *Dan*, ubi vitulus aureus sub Jeroboamo erectus, omnino ad septentrionem sita (sicut *Bersabee* in meridie omnino; unde intelligitur locutio *a Dan usque Bersabee*); *Naim*, *Caesarea Philippi* (vide in Matth. XVI. 13), confessione Petri nobilis; tandem *Nazareth*, ubi Christus conceptus est et adolevit. Ibi sancta familia habitavit, ibi familiam a se electam

Christus *ineffabilibus consecravit virtutibus* (1). — In Galilaea inferiori *Jezrael*, in Samariae finibus.

In Samaria nominanda *metropolis* ejusdem nominis. Metropolis, inquam, inde a regno Amri; prius fuerat *Thersa*, dein *Sichem* (Joan. IV. 1. sqq.), et tandem *Samaria*. — *Caesarea* (Palaestinae) in littore maris, *Bethulia*, *Puteus Jacob*, *Silo* in qua requievit arca foederis.

De Samariae incolis sint sequentia ex *Lesêtre*, op. cit., pag. 43-44 : « La population se composait de païens, d'une minorité de Juifs, et de *Samaritains*. Ces derniers provenaient d'un mélange d'anciens Israélites et de colons transportés par les Assyriens des provinces éloignées de leur empire, surtout de Cutha, d'où le nom de *Cuthéens* donné par les Juifs aux Samaritains. Ils professaient la religion juive, au moins dans ses pratiques et ses croyances essentielles. Mais depuis que les Juifs, au retour de la captivité, avaient refusé de les reconnaître comme faisant partie du peuple de Dieu, une violente *antipathie* animait les deux peuples l'un contre l'autre. Les Juifs excluaient la Samarie de la Terre Sainte.

(1) Nemini ingratum fore existimamus quod hic delineata domus lauretana apponatur, brevibus indicationibus adjectis.




Fig. 12.

La *Santa Casa* (fig. 12) est une simple chambre de forme rectangulaire, de 9m53 de long sur 4m17 de large et 4m30 de haut. Les murs ont une épaisseur de 38 centimètres; ils sont bâtis en pierres taillées, inégales, liées ensemble avec du ciment. La couleur rougeâtre de ces pierres leur donne un aspect qui, au premier abord, rappelle la brique (*Vigour*. Dict., Annonciation). — Quae in priore editione ex eodem loco hic adjiciebantur, jam nunc delenda esse decrevimus. Videbatur enim tunc *adhuc sub judice lis*. Verum nuper *U. Chevalier* doctissimo suo opere : *Notre-Dame de Lorette. Etude historique sur l'authenticité de la Santa-Casa*, Paris, 1906, multorum mentem valide nutare fecit, ita ut authenticitas domus lauretanae multis vix aut ne vix quidem defendi posse videatur.

Ils affichaient un profond *mépris* et une haine irréconciliable à l'égard des Samaritains (Joan. IV. 9), et le nom de Samaritain constituait pour eux la suprême injure (Joan. VIII. 48). Les Galiléens et les Juifs évitaient ordinairement de passer par la Samarie, à cause des vexations que leur infligeaient les habitants (Luc. IX. 52-57). Ceux-ci, en effet, ne négligaient aucune occasion de tromper ou de molester leurs adversaires. Ils évitaient eux-mêmes de paraître à Jérusalem, prétendant qu'ils avaient le droit d'adorer Dieu sur le mont Garizim (Joan. IV. 20) ».

In Judaea : *Bersabee* totius Terrae S. limes ad austrum; *Jericho* prope Jordanem non longe a Mare Mortuo, miraculose a Josue capta (Jos. VI. 7 sqq.); *Galgala*, quo cum pervenissent Israelitae duce Josue, manna e coelo labi cessavit, pascha celebratum est, populus circumcisus (Jos. V. 2. sqq.); *Bethel*, in historia Patriarcharum praecipue visione Jacob, notissima (Gen. XXVIII. 12. sqq.), simulque postea erectione vituli aurei a Jeroboamo (III Reg. XII. 29); *Bethlehem*, ad austrum Jerusalem, ab hac circiter 1 1/2 leuca distans, patria *Davidis*, praesepeque *Salvatoris*. Olim parva (vide ad Matth. II. 6), hodie 7.000 incolarum, fere omnium catholicorum, habet. Ad orientem civitatis, habetur in magnifica *Ecclesia Nativitatis* (a S. Helena aedificata, a Constantino ornata) inclusa *caverna* in qua Christus natus est, longit. 12 m., latit. 3 ad 4 m. (1). — *Cariathiarim*, *Lydda*, *Gabaon*, *Emmaus* (Luc. XXIV. 13), hodie habens 20 circiter familias pauperum agricolarum (2).

Joppe, in littore maris, nunc *Jaffa*, in expeditionibus cruciatis celebris, 17.000 incolarum civitas, cum suburbanis pulchris propter innumeras arbores frugiferas.

(1) L'église de Constantin, remaniée par Justinien, n'a jamais cessé, à travers des péripéties diverses de destruction et de restauration, de marquer la place de l'ancien caravansérail... Quoiqu'il en soit des détails, la certitude du site ne semble pas douteuse, et l'on a eu raison d'écrire à l'extrémité orientale de la petite chapelle, autour d'une étoile d'argent, encastrée dans le pavé, ces mots qui proclament le plus auguste et le plus consolant des mystères : HIC DE VIRGINE MARIA JESUS CHRISTUS NATUS EST.

(2) De situ *Emmaus* acritur controvertitur : cfr. Revue biblique a. 1892, p. 80 (*Van Kasteren*), ib. p. 100 (*Le Camus*) et a. 1893, p. 26 (*Schiffers*).

Fusius dicendum de *Hierosolymis*. Sita est in montanis (1), inde qui ad illam pergunt, *ascendere* dicuntur. Tempore Davidis Hierusalem exigua erat et solo fere monte *Sion* (2) constabat.

« Jerusalem nullo alluitur fluvio (« Le Cédron n'est qu'un torrent temporaire »); idcirco ut aqua cives non carerent, etiam quando urbs obsidione premebatur, exstructi sunt industria regum putei et aquaeductus (3), quibus aqua e vicinis rupibus intra moenia in piscinas deducebatur » (*Lamy*, op. cit., p. 277). Cfr. *Rev. bibl*, Janvier 1901; *Lesêtre*, op. cit., p. 49. Urbs prae collibus praeruptis partim moeniis naturalibus cincta, in aliis partibus moeniis artificialibus fuit circumdata, ut fuerit arx paene inexpugnabilis.

Ad orientem civitatis habetur *vallis Josaphat*, in qua torrens *Cedron*, si pluvia abundat, alveo pleno fluit a septentrione ad meridiem prius, dein ad orientem in Mare Mortuum. Ad orientem vallis Josaphat cernitur, *itinere Sabbati* (Act. I. 12) ab urbe distans, *mons Oliveti* (cfr. dicta in Matth. XXI. 1), unde Christus in coe-

(1) *Lagrange*, in *Revue biblique*, a. 1892 p. 18 ita : « Il est impossible de se rendre compte des divers changements historiques de Jérusalem, si on n'a pas une idée nette de son ossature, je veux dire des collines et des vallées où elle a été bâtie... La ville est bâtie sur deux collines : c'est l'impression que produit immédiatement à l'imagination la vue qu'on découvre soit du sommet de la porte de Damas, soit de la terrasse des Sœurs de Sion. On la voit traversée du Nord au Sud par une vallée recourbée, large et profonde, les maisons se penchant sur les pentes, surtout du côté occidental... Cependant après avoir constaté ce fait qui frappe les regards on cherche à déterminer la forme des deux grandes collines, l'une à l'orient, l'autre à l'occident, et on ne tarde pas à s'apercevoir qu'il y a matière à subdivisions... » Vide ib. a. 1895. p. 37 sqq. art. « Les murs de Jérusalem » auctore *Séjourné*. — Maxime commendatur art. *Legendre*, col. 1317 ad 1395, t. III, *Dict. bibl. Vig.*, cum copiosa bibliographia.

(2) « Le nom de *Sion*, appliqué d'abord à la citadelle des Jébuséens, doit s'entendre à l'origine de *la partie sud de la colline orientale* de la ville. Ce nom s'étendit *à toute la colline du temple*, puis généralement *à Jerusalem et à ses habitants*. Vers les premiers temps du Christianisme seulement il s'est spécialisé *à la haute colline du S.-O.* » (Rev. bibl., ib., p. 17).

(3) « Comme l'eau recueillie dans les citernes et les piscines était en danger de se corrompre ou de s'évaporer rapidement, on songea de bonne heure à capter des sources assez éloignées, au sud de Bethléhem. Les eaux vives étaient amenées par des aqueducs, dont les vestiges existent encore » (*Dict. bibl.* t. III, col. 1349-1350).

lum ascendit; in ejus vertice hodie turris 50 m. conspicitur, ecclesia russiaca; ad radices occidentales, inter montem igitur et civitatem, est *hortus* ad quem Christus pridie quam pateretur, tetendit, ubi prius in agonia factus, dein a turba, duce Juda, captus est; ad orientem vero montis sita est *Bethphage* (domus grossorum), et ultra illam *Bethania*.

Inde ab expeditionibus cruciatis, Jerusalem sub potestate Mahumedanorum gemit et luget suum antiquum splendorem (1). Incolarum 60.000 habet, inter quos 2500 catholici.

A parte civitatis opposita est *Golgotha* (Calvariae locus, *de Schedel*, propter formam sic dictus) exiguus tumulus ubi Christus cruci affixus est (Joan. XIX. 20), prope quem et sepultus triduo jacuit. Olim extra, nunc vero intra moenia sunt Golgotha et Sepulchrum, *in Basilica S. Sepulchri* inclusa (2).

---

(1) « L'aspect de *l'intérieur* de Jérusalem est celui de toutes les villes de l'Orient. Rues étroites, toujours en pente, souvent en escaliers, tortueuses, d'une saleté repoussante en beaucoup d'endroits, surtout dans le quartier juif, des portes basses, de longues et hautes murailles où sont rarement percées quelques fenêtres grillées, des bazars où règne une clarté insuffisante, voilà dans tout son réalisme le tableau de la Jérusalem moderne.

« Il n'y a d'exception que pour les quartiers habités par les Chrétiens. Dans ces quartiers se trouvent les couvents des catholiques ou schismatiques ainsi que les nombreux magasins d'objets de piété que les habitants vendent très cher aux pèlerins.

« Le principal couvent catholique est celui de Saint-Sauveur habité par les Franciscains, gardiens des saints lieux .. »

(*Jérusalem et ses principaux sanctuaires*, 1895,
A. Marteleur, éditeur, Diest).

(2) « Cette basilique couvre tout le sommet du Calvaire. C'est plutôt une réunion d'églises qui, après le passage et la dévastation de Chosroès, roi des Perses, en 614, remplacèrent l'immense édifice bâti par Sainte Hélène et son fils Constantin.

« Ce premier édifice... renfermait dans une même enceinte tous les lieux vénérés de la sainte montagne. Aujourd'hui il n'en est plus de même. Chaque lieu vénéré par les fidèles, comme le Calvaire, le Saint Sépulchre, l'endroit de l'apparition du Sauveur à Sainte Marie-Madeleine, la citerne ou Sainte Hélène retrouva la vraie croix, constituent des chapelles séparées, communiquant entre elles par de larges couloirs. C'est *à l'ensemble* de tous ces édifices... que l'on donne le nom d'église ou *de basilique du Saint Sépulchre* », (op. cit.). Cfr. *Vig.* Dict., au mot *Calvaire*, ubi etiam reperies solutionem difficultatum contra authentiam.

Hodie civitas in varias partes, quae ab incolis nomen sortiuntur, divisa est (1).

Incolae. Numerosos fuisse antiquitus Terrae sanctae incolas, ex multis Scripturae locis colligitur Hodie est desolata terra, ad solitudinem multis in locis redacta. Non ultra 500.000 incolae hodie sunt in tota regione, quorum 400.000 *Mahumedani* sunt, 60.000 Judaei, 40.000 *Christiani.*

Inter Christianos sunt *catholici* (Latini, Graeci, Armeni, Syri, Maronitae), et *schismatici.*

Hucusque egimus *de loco ubi* Israelitae vixerunt; deinceps *de modo* dicitur *quo* ibi vitam degerint.

---

(1) « La ville est divisée en *quatre quartiers* :

1. Celui *des Chrétiens* ou des Francs, au nord-ouest. Les principaux couvents s'y trouvent : le couvent franciscain de S. Sauveur (*Casa Nuova*); les couvents grecs de S. Basile, de S. Georges, de S. Michel, de S. Jean-Baptiste, le patriarchat latin, l'église du S. Sépulcre.

2. Celui *des Arméniens*, au sud-ouest, où est le vaste couvent des Arméniens, situé sur un des sommets du mont Sion.

3. Celui *des Juifs*, au sud du précédent, sur le penchant du mont Sion et dans l'ancienne vallée du Tyropéon. — « Il est très peuplé et d'une extrême malpropreté On y voit plusieurs synagogues, dont quelques unes surmontées d'une grande coupole. Presque tous les jours, principalement le vendredi, les malheureux enfants d'Abraham s'en vont pleurer sur les restes du Temple, au mur des Lamentations » (*Dict. bibl.*, t. III, col. 1341).

4. Celui *des Musulmans*, au nord-est, où se trouve la mosquée d'Omar, l'église de Ste Anne, le couvent de N. D. de Sion » (*Trochon*). — « Il occupe le centre et le nord de la ville. Il est relativement assez propre, et régulièrement construit. La population y est très dense » (*ib.* col. 1342).

PARS ALTERA.

DE ANTIQUITATIBUS HEBRAICIS.

CAPUT I. — DE ANTIQUITAITBUS DOMESTICIS.

---

§ I. — De Matrimonio.

1. **De institutione.** — « Principium, radix ac fundamentum societatis domesticae, adeoque et civilis, legitima est viri et mulieris conjunctio per matrimonium, quod Deus ab initio instituit ad humani generis propagationem et mutuum conjugum adjutorium » (*Lamy*, op. cit., p. 303). Ita autem instituerat matrimonium Deus ut esset *unius cum una unio indissolubilis* (Gen. II. 21-25) : ab hac autem primaevac institutionis indole deflexerunt brevi, ut infra dicetur. — Quamvis magni fieret matrimonium, nullo tamen praecepto nec naturali nec positivo *singulis* fuisse impositum dicendum est.

2. **De sponsalibus.** — Postquam matrimonii negotiatio, in qua *pretium* filiae (*mohar*), quae emebatur, et *dos* (quae dabatur rarissime a filia; unicum exemplum est Jos. XV. 16 sqq.) et *munera* definiebantur (1), inter parentes peracta erat, filiae consensus petebatur et sponsalia celebrabantur. *Inde a sponsalibus* sponsus et sponsa ut legaliter uniti habebantur, et *matrimonium ratum censebatur*; sponsa dicebatur *uxor*, et sponsus vocabatur *vir* (2).

---

(1) Gen. XXIX. 18; XXXIV. 12; I Reg. XVIII. 25; Os. III. 2 sqq.
(2) Cfr. quae diximus in Matth. I. 18-20; Gen. XXIX. 21.

Inde si sponsus eam ducere nollet, ei, ut uxori, libellum repudii tradere tenebatur; vel si sponsa cum alio rem haberet, accusata ut adultera, ad lapidationem condemnabatur; quod quidam non admittunt. Inter se non communicabant nisi per *amicum sponsi* (Joan. III. 29). Attamen absque infamia rem inter se habere poterant.

3. **De nuptiis.** — Mora elapsa, quae variis temporibus varia fuit (dicunt nonnulli recentiore tempore fuisse moram 11 mensium, antiquitus autem aliquot dierum tantum), nuptiae magno cum apparatu et pompa celebrabantur, hoc modo : vespertino tempore, sponsa capite et facie velo opertis, in symbolum submissionis viro, potestatisque viri in eam (1), coronam capite gestans (Cant. III. 11), virginesque coaevas secum habens, exspectabat in domo paterna adventum sponsi (2); hic autem cum comitibus suis (vocantur *filii sponsi*, *paranymphi;* cfr. Jud. XIV. 11; Matth. IX. 15; Joan. l. c.), cum viris gestantibus lampades, cum tibicinibus et cantatoribus, adventabat, sponsam suam e domo parentum hujus in domum suam (paternam vel nuptialem) ducturus; ibi convivium laete lauteque celebrabatur (3), ad quod vicini et amici invitabantur, quodque per septem dies protrahebatur (4). Antiquitus res modo paululum diverso ordinabatur, ut diximus in Matth. XXV. 1. — De ritu quodam alio, vide Tob. VII. 15 sqq. Nullus autem ritus religiosus nuptias comitabatur.

4. **De impedimentis.** — Impedimenta alia spectant matrimonia *cum alienigenis*, alia spectant matrimonia *inter Israelitas*.

A. *Quoad alienigenas* erat prohibitio a) totalis quoad *Chananaeos* (5); — b) totalis *a parte virorum Ammonitarum* et *Moabitarum*, ita ut non potuerit mulier Israelita, potuerit vero vir contrahere cum Ammonitis vel Moabitis : cfr. lib. Ruth; — c) temporaria a parte *virorum Aegyptiorum* et *Idumaeorum* (Deut. XXIII. 7-8). — *Ratio* horum impedimentorum erat *periculum*

(1) I Cor. XI. 10; Paulus *velum* ibi *potestatem* vocat.
(2) Cfr. dicta in Matth. XXV. 1 sqq.
(3) Gen. XXIX. 22; Matth. XXII. 1 sqq.
(4) Gen. XXIX. 27; Jud. XIV. 12.
(5) Ex. XXXIV. 16; III Reg. XI. 2.

perversionis et idololatriae, ut e locis citatis colligitur. — De muliere bello capta, vide Deut. XXI. 10-14.

B. *Inter Israelitas.* — a) Quoad *sacerdotes* et *Pontificem* : *illi* non poterant ducere uxorem meretricem aut repudiatam a viro suo; *hic* insuper nec viduam nec alienigenam sed tantum virginem Israelitam (1); quibus statutis *honori* ministrorum cultus consulebatur.

b) Quoad *laicos* (2). — In *linea recta* Lex matrimonium prohibebat cum consanguineis et affinibus usque ad 2^{m} incl. grad. ascendentem vel descendentem. Non desunt tamen qui contendant gradus remotiores subintelligi. — *In linea collaterali* prohibebatur matrimonium inter fratrem et sororem ex patre, ex matre vel ex noverca; inter filium et sororem patris et matris (non autem inter filiam et fratrem patris et matris; *ratio* differentiae : vir est caput); cum duabus sororibus simul; cum uxore fratris (vide infra, num. 5), aut *patrui*. De *avunculi* uxore controvertitur; putant plures hanc prohibitionibus Legis non comprehendi.

Rationes harum prohibitionum sunt a) *bonum prolis;* b) *reverentia parentibus debita* : quae, quippe quae exponantur in theologia morali, tract. *de matrimonio*, hic fuse non sunt evolvenda.

Sanctio De linea *recta* vide Levit. XX. passim; pro linea *collaterali*, Lex minus severa erat.

5. **De leviratu.** — Matrimonium cum uxore fratris prohibitum Lege vidimus supra. In uno autem casu huic legi derogatum fuit. *Jussit* nempe Lex, ut si quis absque liberis defunctus esset, ejus frater, aut, eo deficiente proximus cognatus, viduam defuncti uxorem acciperet (Deut. XXV. 5-10; Ruth. IV. 1-12). *Illa consuetudo* jam tempore patriarcharum viguisse videtur (Gen. XXXVIII. 8 sqq.), illam *hodiedum* in Oriente apud nonnullas gentes vigere dicunt. — Nomen legis derivatur a voce « *levir* », *beaufrère, zwager.*

Porro, primogenitus ex illo matrimonio filius nomen defuncti

(1) Lev. XXI. 7, 13, 14.

(2) Lev. XVIII. 6-18; XX. 11-13, 17, 19-21.

ejusque bona hereditabat, hujusque *filius legalis* erat. — Quod si quis fratris viduam ducere nollet, res deferenda erat, agente vidua, ad judices. Nulla tamen in Lege poena statuebatur; tantum si ille coram tribunali declarabat se nolle fratris viduam ducere, et *suscitare semen fratri suo*, haec tollebat calceamentum de pede ejus, eique in faciem exspuebat; exinceps ille *discalceatus* vocabatur. — Quoad significationem illorum actuum ita *Trochon*, op. cit., p. 373 : « Le premier de ces deux actes signifiait *le transfert de la propriété* d'une personne à une autre (1). Le second marque *le mépris* dû à un homme qui se refuse à remplir ses devoirs ». — Ad Matth. XXII. 24 diximus *rationem* legis hujus esse conservationem nominis et distinctionem hereditatum.

6. **De uxorum conditione.** — Mulieres *hebraeae* viris subdebantur juxta Gen. III. 16 « Attamen non illa opprimebantur servitute qua mulieres *ethnicae*, nec domi recludebantur sicut *mahumedanae;* sed cum libertate rei domesticae invigilabant. — Peculiaris vero honor *a Christianis* alteri sexui exhibitus ante Christum nullibi notus fuit » (*Lamy*, op. cit , p. 307) Harum brevium assertionum argumenta multa occurrunt in Scriptura passim.

7. **De polygamia.** — Monogamiam a Deo volitam nos docet Scriptura, Gen. II. 18-24; cfr. n. 1. *Primaevae* igitur *institutioni* matrimonii certe repugnat polygamia.

In quantum et quousque et quare repugnet *juri naturae*, docent theologi. Distinctione facta inter juris naturae praecepta primaria et secundaria, item inter finem matrimonii primarium et secundarium, dici potest polygamiam, cum finem matrimonii primarium non praepediat, secundarium vero haud parum, esse quidem *contra praecepta secundaria* juris naturae, contra primaria vero minime.

A primaeva matrimonii indole deflexisse legitur *Lamech*, qui duas simul uxores habuit (Gen. IV. 19). *Noe* vero ejusque filii

---

(1) « Se laisser ôter son soulier, c'était renoncer à un droit, se rendre incapable de mettre le pied sur un héritage, de même que jeter son soulier sur un pays, c'était s'en emparer. Ps. LX. (LIX), 10. (*Vig.*, Dict. t. IV, col. 215).

unitatem conjugii servasse leguntur (ib. VII. 7). Deum autem *post diluvium* concessisse ut simul plures uxores haberent arguunt *ex ipso facto*. Constat enim quosdam sanctos viros plures habuisse, quas procul dubio non accepissent, nisi fuisset illis a Deo concessum : de *Jacob* vide Gen. XXIX. 16-28, XXX. 3-9; de *Elcana* I Reg. I. 1-2; de *Davide* ib. XXV. 42-44, et II. Reg. III. 2-5. — Immo jam *Abrahamum* (Gen. XVI. 1-3) duas simul habuisse uxores veras notum est, alteram Saram, *primariam*, alteram Agar, etiam legitimam verum *secundariam* (tales autem Scriptura passim *concubinas* vocat); sanctum autem virum ex instinctu dispensationeque divinis ita egisse nobis indubium videtur.

Inde polygamia etiam apud Judaeos ita invaluit ut Moyses opportunum judicaverit illam non abolere, sed in quantum posset *refrenare*. Nullibi in Lege revocatur; imo in locis quibusdam supponitur licita, v. g. Deut. XXI. 15 sqq. Refrenavit tamen pluribus modis; cfr. *Lamy*, t. I. p. 304 not. 2.

Hanc autem concessionem revocavit *Christus* matrimonioque *pristinam unitatem* restituit, ut deinceps unius iterum cum una unio sit indissolubilis. Cfr. quae diximus in Matth. XIX. 4 sqq.

8. **De divortio.** — Etiam post matrimonium consummatum licuisse Judaeis uxores dimittere, ita ut, rupto conjugali vinculo, utrinque omnimoda libertas restitueretur novas contrahendi nuptias, nemini non indubium est (Deut. XXIV. 1 sqq.). Malum hoc ob *duritiem cordis* Judaeorum concessum fuisse asserit Christus, Matth. XIX. 8. — Ad praecavendos autem abusus Moyses statuit 1. tradendum libellum repudii (1), 2. ne vir uxorem dimissam iterum assumeret sibi, si haec alteri viro nupsisset, etiamsi per alterius mariti mortem aut novum divortium libera a vinculo esset, Deut. XXIV. 1-4. — Hac clausula monebatur vir *ne temere rumperet*, sed serio recogitaret antequam rem gravem et irreparabilem facile evasuram aggrederetur.

Si quaeratur *quibus de causis* licitum fuerit uxores dimittere, non est unum doctorum responsum. Nec mirum. Ipse enim *textus*

(1) Exemplar vide ap. *Becanum*, Anal. cap. XXIV. q. III. Cfr. *Dict. bibl.*, t II, col. 1449.

Deut. l. c. (*propter aliquam foeditatem*, hebr *nuditatem rei*) non habet certum definitumque sensum. — Neque *ex traditione* certa solutio peti potest. « Tempore Herodis Magni acris hac de re orta est controversia. Schola *Hillelis* (1) contendebat quamlibet causam marito sufficere ad repudiandam conjugem ; schola vero *Schammai* docebat requiri infidelitatem uxoris » (*Lamy*, op. cit., p. 309). — Verum *prius* admitti nequit, spectata sapientia Moysis hujusque studio refrenandi abusus ; nec *alterum*, siquidem si de adulterio constaret modo debito, i. e. duorum testimonio, adultera *lapidabatur;* sin autem adulterii suspicio esset, mulier ad *probationem per aquas zelotypiae* (vide infra) adigi poterat a viro. Quid igitur? Est difficile dictu (2). Non desunt qui assignent « quamcumque

(1) De his duobus doctoribus ita *Lesêtre*, op. cit., p. 89 : « A l'époque d'Hérode, avaient paru deux docteurs fameux, Schammaï et Hillel, si divisés sur la plupart des questions, que, quand l'un disait oui, l'autre disait non presque infailliblement ».

De iisdem *A. Réville*, op. cit., p 90-91, dicit : « Les deux chefs d'école du temps d'Hérode le Grand, précédant de peu par conséquent l'ère chrétienne, furent Hillel et Schammaï. Bien que les données vraiment historiques sur l'un et sur l'autre soient très insuffisantes, la tradition est probablement dans le vrai quand elle nous représente le premier comme partisan d'une interprétation douce et humaine de la loi et le second comme beaucoup plus sévère dans ses commentaires et ses règles pratiques. C'était un rude observateur de la lettre. Le traité talmudique *Sukka* (II. 8) prétend que, sa belle-fille ayant donné le jour à un enfant au moment de la fête des Tabernacles, Schammaï fit enlever le toit de la chambre et étendre du feuillage au-dessus du lit de l'accouchée, pour que le nouveau né fût en règle avec la Loi dès les premières heures de sa vie ».

(2) « La femme après avoir été traitée en épouse, déplaît à son mari à cause d'une *'érvâh*, ἄσχημον πρᾶγμα, *aliqua foeditas*. La *'érvâh* est en général une impureté honteuse. Elle ne peut désigner ici l'adultère qui était puni par la mort, non par le divorce. Lev. XX. 10; Deut. XXII. 22. C'est donc une impureté physique, une plaie, une infirmité capable d'inspirer le dégoût au mari. Quelques auteurs croient que la chose honteuse pouvait être d'un autre ordre, comme la mauvaise conduite, le caractère détestable, etc. La nature précise de la *'érvâh* ne paraît pas avoir été déterminée de façon indiscutable, puisque l'accord n'était pas encore fait sur ce point à l'époque de Notre Seigneur. L'esprit de la législation mosaïque porte cependant à penser que la *'érvâh* nécessaire pour motiver le divorce devait être quelque défaut très grave. Il paraît également plus probable que ce défaut devait être ordinairement d'ordre physique, les défectuosités morales ne se prêtant pas à une appréciation aussi facile à justifier (*Vig.*, Dict. t. II. col. 1449).

rem turpem, matrimonio supervenientem, quae posset bonum prolis impedire : sive *in corpore*, ut est sterilitas, lepra, morbus caducus; sive *in anima*, ut si uxor esset pravis moribus praedita. Consentit Cornel. qui assignat has causas : lepram et sterilitatem, veneficium, rixas perpetuas, ebriositatem et alios pravos mores incorrigibiles » (*Becanus*, op. cit., cap. XXIV, q. II).

Mulieres eodem jure gavisas esse, seu illis licuisse maritum dimittere multi negant, affirmant pauci. Post solutam captivitatem divortia frequentia reprehendit Mal. II. 14-16.

Tempore Christi, uti fieri natum erat, multi propendebant ad opinionem laxiorem, et a vero non aberraret qui diceret frequentia fuisse ob motiva futilia facta divortia. Quaestionem intricatam proposuere Salvatori Pharisaei, Matth. XIX. 3 sqq. Vide quae ad h l diximus in comm. nostro.

9. **De poenis.** — a) Sub hac rubrica agi potest etiam *de lege zelotypiae*, seu de probatione per aquas amaras. Lege Num. V. 12 sqq. ubi ritus servandi exponuntur. – Qua de causa aqua illa *amara* vocata fuerit, liquet : ob amaram poenam sceleris quam, illa hausta, mulier adultera dabat.

Quaeritur : Quare voluit Deus hujusmodi probationem instituere? Ad hanc quaestionem ita *Becanus*, op cit. cap. XXIII. n. 3 : « Quia volebat ostendere : 1. Se esse praesidem ac *vindicem fidei conjugalis*. 2. Se esse *testem* et *protectorem innocentiae*, ne scilicet zelotypia, si nullus esset innocentiae testis, gigneret in matrimonio lites, rixas, homicidia. 3. Se *occulta scelera videre*, manifestare, punire. 4. *Adulterium* esse *gravissimum scelus* publica poena et confusione plectendum ; ut uxores si non amore castitatis, saltem timore poenae et confusionis in officio continerentur ».

Ad quaestionem quomodo sit intelligendum quod Num. V. 21 legitur : *Dominus... putrescere faciat femur tuum : et tumens uterus disrumpatur*, et ib. 22 : *utero tumescente putrescat femur*, seu quam poenam dederit mulier si revera adulterii rea esset, varii varie respondent. Certum est poenam cecidisse in illa membra seu illas corporis partes quae conceptioni inserviunt et ita sceleris admissi instrumenta fuere (1). « Per femur intellige pudenda

(1) « Ce rite avait pour but de calmer les doutes du mari, et d'assurer la paix à la femme au cas où celle-ci n'avait rien à se reprocher... *Joseph*, Ant.

et partes pudendis vicinas » (*Bonfrerius*). Alii intelligunt *une hydropisie de l'ovaire;* « une sorte d'hydropisie qui la rendait radicalement incapable de remplir désormais les devoirs qu'elle avait trahis » (*Vig.*, Dict. t. II, col. 1522).

b) Si de adulterio constabat duorum testium oculatorum testimonio, mulier lapidabatur simulque complex (1). Porro quod hic probe notandum est, adulterium in jure mosaico tunc tantum committi censetur « quando res habetur inter mulierem, sive maritatam, sive desponsatam, sive viduam exspectantem unionem cum leviro, et hominem quempiam qui non sit vir ejus » (*Lamy*, op. cit., p. 307). Ratio quoad *desponsatam* colligitur ex supra dictis; quoad talem *viduam*, dicendum illam aequiparari desponsatae, seu fuisse *lege leviro desponsatam*. — Maritus autem rem habens cum innupta, ut adulter non habebatur : cujus rei ratio repetenda est *ex vigente polygamia* (2).

Jud. III. XI. 6, dit formellement de la femme adultère qu'à la suite de l'épreuve, « elle subit une mort ignominieuse, la jambe lui tombant et l'eau remplissant son ventre ». D'après la *Mischna*... l'effet de l'eau maudite pouvait se faire attendre un, deux ou trois ans. — Il est de toute évidence que Moïse n'entend pas attribuer à l'eau de jalousie la production de la maladie. Celle-ci ne peut être due qu'à *une intervention directe de la justice divine.* Cette intervention s'est manifestée sous trop de formes diverses dans l'ancien testament pour qu'on puisse en contester la possibilité, *ni surtout en nier la réalité*, quand la Sainte-Ecriture l'affirme ou la suppose. — Il est à remarquer toutefois que *le cas* prévu par la loi mosaïque *n'a pas dû se produire très fréquemment.* Le plus souvent l'adultère, déjà rare par lui-même à raison de la grave pénalité qui le frappait, *était manifeste*; ou bien la femme coupable *avouait*, plutôt que d'encourir la honte d'être traînée publiquement devant les prêtres et d'ajouter un parjure à son premier crime. Le rite mosaïque devait donc s'accomplir *le plus souvent en faveur d'épouses injustement soupçonnées.* — Dans les derniers temps, les rabbins s'appliquèrent d'ailleurs à restreindre l'application de cette prescription, en opposant certaines difficultés au témoignage de ceux qui faisaient planer un soupçon d'adultère sur une femme, en exemptant de l'épreuve de nombreuses classes de personnes, enfin en stipulant que le rite mosaïque ne pourrait être célébré qu'en présence du grand sanhédrin » (*Vig.*, Dict. t. II, col. 1522-1523).

(1) Lev. XX. 10; Deut. XXII. 22-27; Joan VIII. 3-11.

(2) « En général, l'adultère est la violation de la foi conjugale. En conséquence, la notion de l'adultère peut et doit *varier, suivant que dans un pays la polygamie est prohibée ou permise.* Si la *polygamie est prohibée*, comme aujourd'hui, depuis J.-C., dans tous les pays chrétiens, le mariage se

c) De *non desponsata seducta*, vide Ex. XXII. 16-17 : seductor dotabit eam et habebit eam uxorem ; nisi pater filiam dare nolit. — De *non desponsata vi oppressa*, Deut. XXII. 28-29 : ... dabit... patri puellae quinquaginta siclos argenti. . et habebit eam uxorem, non poterit dimittere eam cunctis diebus vitae suae. — *De desponsata* vide Deut. ib. 23-27, ubi *duplex casus* distinguitur et diversa statuuntur prout res contigerit in civitate vel in agro.

§ II. — De nativitate, circumcisione, purificatione.

1. **Nativitas** pueri, praecipue maris, benedictio coelestis, faustusque eventus et gaudium spirans habebatur, uti ex multis locis Scripturae colligitur. *Numerosa progenies honori habebatur* et ut Dei benedictio, sterilitas vero dedecori et ut divina maledictio : cfr. Gen. XVI. 4; XXI. 6 etc.; I Reg. I. 2-8 et praecipue Is. IV. 1. — Nonnullae fiunt allusiones ad curas neo-natis dandas, et ad quosdam ritus speciales, v. g excipiendi puerum genibus (1), in hac regione servari solitos. — Antiquitus statim a *nativitate*, postea vero in *circumcisione* imponebatur *nomen*. Matres, naturae officii minime oblitae, ipsae lactabant pueros (exceptis quandoque filiis regiis, IV Reg. XI. 2), et quidem ad 2^m aut 3^m annum. Die

définit ainsi : Union d'un seul homme avec une femme, dans le but de donner des enfants à la société, etc. ; dans ce cas, la femme doit une fidélité complète à son mari, à qui elle s'est donnée exclusivement; et, d'autre part, le mari doit aussi une fidélité parfaite à sa femme, à qui il s'est donné tout entier. Si, au contraire, *la polygamie est permise*, *la femme* doit à son mari une fidélité parfaite, car elle appartient à lui seul. et si elle a des relations coupables avec un autre homme, elle commet un adultère ; mais la fidélité que doit *le mari* à sa femme n'est pas aussi stricte : le mari ne se donne pas à elle tout entier; il se réserve le droit de prendre d'autres femmes ; par conséquent, s'il a des relations coupables avec une autre femme que la sienne, il commet sans doute un crime, *parce qu'il manque d'une certaine manière à la fidélité conjugale ;* mais il ne commet pas l'adultère proprement dit, *car il ne viole pas le droit strict et absolu de sa femme.* Telle était la situation sous la loi ancienne, au moins depuis le déluge. Aussi la loi de Moïse, quand elle frappe le crime dont nous parlons, ne le frappe que dans la femme mariée et son complice. C'est ce qui résulte des termes mêmes de la loi. Lev. XX. 10 ; Deut. XXII. 22 » (*Vig.* Dict. t. 1, col. 242).

(1) Gen. XXX. 3; Job. III. 12. — Luc. II. 12 sqq.

ablactationis convivium paratum fuisse videtur (Gen. XXI. 8).

2. **Circumcisio.** In foedere Deum inter et Abraham inito (Gen. XXII. 9 sqq), *signum* foederis simulque *pars* ejus (Act. VII. 8) fuit praescripta Abrahamo (99 annos nato) ejusque posteris masculis circumcisio, quae *octavo* a nativitate *die domi* peragebatur, quaeque ipsi minime erat incognita, quippe qui illam in Aegypto vidisset. Decursu temporis *in synagogis* fiebat a viro ad hoc constituto (1). — Circumcisio fit abscissione pellis tegentis summitatem membri genitalis — De illa fusius in Gen. XVII. 9-14, ubi inquirendum an et quomodo fuerit remedium *contra peccatum originale*, quidque inde quoad *sanitatem* et *foecunditatem* et *puritatem*. Vide p. 58, not. 2.

3 **Puerperae purificatio** (Lev. XII; Luc. II. 22) fiebat die *quadragesimo*, si natus esset filius, *octogesimo*, si filia nata esset. Per septem scil. dies puerpera, post partum filii, immunda erat immunditia graviori, ita ut etiam hanc communicaret et inde a commercio hominum arceretur; per 33 reliquos a sacris tantum arcebatur, nec ultra communicabat immunditiam. Post partum filiae uterque numerus duplicabatur. — Quibus diebus elapsis, ad sacrum tabernaculum vel templum tendebat ad purificationem, ibique offerebat *agnum anniculum in holocaustum, et turturem* sive pullum columbae *pro peccato*, si mulier *dives* erat; sin autem *pauper*, *duas turtures* aut duos pullos columbarum, alterum in holocaustum, pro peccato alterum.

§ III. — De morbis et medicina.

1. Variorum morborum genera in Scriptura referuntur, sive in locis ubi haec mala omnigena minatur praevaricatoribus, sive

(1) De historia ejus, de ritibus, de efficacia, de abrogatione etc. pulchre *Dict.*, ad hanc vocem. — « C'est par la circoncision qu'on était agrégé au peuple d'Israël. On la donnait chez les Juifs à tout enfant mâle, le huitième jour après sa naissance, et en même temps on lui imposait un nom (Luc. II. 21). La cérémonie se faisait dans la synagogue, en présence de dix personnes, dont le père de l'enfant et son témoin ou parrain. La circoncision était de telle importance qu'on la donnait même le jour du Sabbat (Joan. VII. 23), et on la jugeait de si haut prix qu'on la pratiquait sur le cadavre des enfants morts avant le huitième jour » (*Lesêtre*, op. cit., p. 84-85).

ubi casus quidam particulares referuntur passim. De iis omnibus hic loqui nec necessarium nec utile judicamus.

Operae pretium est notare *paralysim*, apprime notam, quaeque vel *partialis* vel *totalis* esse potest, quamque quandoque acutissimi dolores comitantur; *epilepsim* (malum caducum), quae et *morbus comitialis* (1) vocatur : hoc morbo laborantes vocabantur quandoque *lunatici*, quippe quorum malum cum luna crescere et decrescere crederetur.

Speciatim mentio fit *leprae* (Lev. XIII-XIV) : loco indicato legantur ejus descriptio, variae species variique gradus, signa varia. Quid facere debuerit vir infectus lepra dicitur Lev. XIII. 44-46. De morbi hujus indole quidquid dicendum sit (2), nemo

(1) *Ratio nominis* : quando aliquis cadebat epilepsia durantibus *comitiis* his finis imponebatur; habebatur enim illud ut omen infaustum.

(2) « La lèpre est une maladie causée par un bacille particulier et produisant des désordres très grands dans l'organisme, attaquant soit les nerfs, soit la peau, développant des taches et des tubercules, rongeant, déformant et détachant peu à peu les organes ou les extrémités des membres, et ulcérant tout le corps avec dégagement de liquides fétides. La mort arrive fatalement après des années de souffrance. La loi de Moïse traitait la lèpre comme contagieuse; elle l'est en effet, dans les pays où sa nature est active et endémique, comme en Palestine. Aussi isolait-on les lépreux et les obligeait-on à se dénoncer de loin aux passants. La lèpre est radicalement incurable. Seulement l'activité des bacilles peut s'arrêter totalement pendant des années, donnant au malade l'illusion de la guérison et lui permettant de rentrer, au moins pour un temps, dans la société de ses semblables (Matth. XXVI. 6; Marc. XIV. 3). Souvent aussi on confondait avec la lèpre des affections analogues, mais guérissables, comme l'eczéma, l'érysipèle et différentes maladies de la peau » (*Lesêtre*, op. cit., p. 107-108). Cfr. *Vig.*, Dict., t. IV, col. 175-187, ubi dicitur clima nimis frigidum vel nimis calidum aliquatenus, alimentationem autem ac miseriam cum suis sequelis magis ad lepram praedisponere; dein *de duplici leprae specie* dicitur; de *contagione* autem additur : « De toute antiquité, la lèpre a été regardée comme contagieuse. Une maladie aussi essentiellement microbienne doit avoir en effet, une facilité extrême à se propager. Sa contagiosité est cependant loin d'être aussi terrible qu'on pourrait l'imaginer; ... beaucoup de médecins de haute autorité ne regardent plus la lèpre comme contagieuse » : quod evolvitur ibidem. — De *remediis* vero asseritur : « La lèpre a été jusqu'aujourd'hui considérée comme incurable. Le malade qui en est atteint s'affaiblit peu à peu et meurt fatalement de consomption ».

Dein de variis leprae *signis* (juxta legem), de *curis* adhibendis, de leprosorum *purificatione*, de (sic dicta) lepra *vestimentorum*, *domorum*, etc., quae omnia exponere longius nos abduceret. Vide textum Scripturae, commentario adjecto.

diffiteri potest illa quae lex mosaica praescribebat, sapientiae et prudentiae sigillis esse munita.

De daemoniacis cfr. theol. dogm.; vide *Vig.*, les Livres Saints et la critique, t. IV, p. 472 suiv.

2. De medicina. — Medicae artis prima mentio occurrit occasione mortis Jacob in Aegypto (Gen. L 2). Apud Aegyptios videtur illa sat floruisse (Jer. XLVI. 11) : commoratio diuturna Israelitarum in hac regione his in hoc negotio non parum profuit - *Chirurgiae* prima vestigia sunt in circumcisione ; diserta hujus mentio occurit Ex. XXI. 19.

Artem medicam *sacerdotibus* fuisse exclusive *reservatam* immerito asseritur : saepe enim Scriptura de medicis loquitur quin illos sacerdotes fuisse dicat. Hoc autem diffitendum non est, hos artis illius non fuisse ignaros, quippe qui de quibusdam casibus in Lege praevisis judicare debuerint. — De arte medica et medicis non semel Eccli. loquitur (1).

In nonnullis Legis praescriptionibus spectantibus lepram, congressum maritalem, impedimenta matrimonialia, etc , medici periti mirantur Moysis, sanitatis servandi morbosque praeveniendi solliciti, sapientiam (2).

(1) Eccli. X. 11, 12; XXXVIII. 1, 3, 11, 15.

(2) « Toutes les prescriptions de la loi mosaïque relatives à la manière de vivre indiquent une grande sollicitude pour la conservation de la santé et de la force; elles constituent une hygiène très élevée... Les lois relatives à *la nourriture* ont pour effet de rendre le régime des Hébreux aussi salutaire que possible par un juste *mélange de substances animales et végétales*, et d'assurer la vigueur des générations futures, tout en prévenant l'excès qu'une nourriture animale trop exclusive donne aux passions...

« La médecine doit surtout viser *à prévenir la maladie* Moïse a fait tout ce qu'il pouvait dans ce but. Les prescriptions relatives *à la lèpre* sont d'une sagesse extrême. Les prohibitions *relatives au mariage* préviennent la dégénérescence qu'amènent les unions consanguines. La salubrité de la loi de *séparation momentanée* entre les époux (Lev. XV) n'est pas moins évidente. Le précepte *relatif à la propreté* dans le désert (Deut XXIII. 12-14 est aussi rationnel.

« *La circoncision*, pour ne parler que de ses effets naturels, était d'une grande utilité en Orient. Quelques médecins ont affirmé qu'elle était favorable au développement de l'espèce et qu'elle pouvait prévenir des habitudes vicieuses, qui se contractent parfois d'une manière inconsciente.

« Les prescriptions relatives *à l'hygiène de la femme* ne sont pas empreintes d'une moindre sagesse.

§ IV. — De domiciliis.

Triplex domiciliorum genus distingui debet :

1. **Specus** seu *cavernae.* Abundasse in Palaestina cavernas tum naturales, tum arte in rupe excisas, supra dictum est.

Habitaculum sat commodum praestabant *hominibus recipiendis;* non unum occurrit in Scriptura istius rei exemplum (1). — *Animalibus* simul et *gregibus* asylum praebebant. In tali quodam specu, Bethlehemi, Christum Salvatorem natum esse, ibique secundum traditionem bovem adfuisse et asinum, omnibus notum est. (2). — Tandem cavernis utebantur *in sepulturam* (Gen. XXIII. 9; XXV. 9).

2. **Tentoria**. — Ab initio patriarchae habitavere in tentoriis vitam nomadicam ducentes, de loco in locum transmeantes, eligentes loca quae fontibus et pascuis requisita pascendis gregibus praebebant. — Modus autem quo tentoria fuerint confecta nullibi in Scriptura describitur : fuerint haud dissimilia ab his quae hodiedum inhabitant Arabes idem vivendi genus ducentes. Illius formae, quippe quae facillime concipiatur, descriptionem hic omittimus.

« Un des moyens les plus employés pour conserver une bonne hygiène était *le bain.* D'après les Egyptiens, il empêchait beaucoup d'indispositions. Il était très familier aux Hébreux. Outre la *signification de pureté morale* qu'il avait, il servait à empêcher l'impureté amenée par de violentes transpirations et assurait *le jeu du système poreux.* Il était enjoint par la loi après certains actes ou certains états... » (*Trochon,* op. cit., p. 384-385).

(1) Gen. XIX. 30; Jos. X. 17; Jud. VI. 2; I Reg. XIII. 6. De *Horraeis* seu *Chorraeis* vide Gen XIV. 6; XXXVI. 20, etc.

(2) « L'art chrétien représenta de bonne heure un âne et un bœuf à côté de la crèche de Notre Seigneur. Le plus ancien monument connu à ce sujet est un petit monument de l'an 343... Cette représentation n'est guère que la mise en scène du passage d'Isaïe I. 3 : *Cognovit bos possessorem suum, et asinus praesepe domini sui...* De ces paroles du prophète, rapprochées de celles d'Habacuc III. 2, telles qu'elles sont traduites dans les Septante et l'ancienne Italique : *Vous vous manifesterez entre deux animaux,* est venu l'usage de représenter l'âne et le bœuf dans la grotte de la Nativité, quoique ces textes n'aient pas la signification qu'on leur a attribuée » (*Vig.,* Dict. t. I, col. 572-573). Vide *Vulg.,* Hab., l. c.; cfr. interpretes in loca citata.

3. **Domus.** — Antiquitus domus fuisse *humiles* valde et *exiguas* concedunt generatim : nec ullibi secundae, aut tertiae contignationis occurrit mentio (1); hae autem non defuerint jam sub regibus, sub quibus magnificae exstitere domus. - *Domorum divitum muri* confecti erant *ex lapidibus* (pierres taillées), *parietes* vero lignis pretiosis, interdum auro et ebore ornati; generatim vero *ex lateribus* igne coctis aut sole siccatis confecti erant muri, imo quandoque ex *terra lutea* vel cespite. — *Tecta plana* erant et muro vel quadam lorica (*parapet, balustrade*) circumdata ne quis imprudens decideret (Deut. XXII. 8). « Ascendebant enim saepius Judaei, ut ceteri orientales, tecta domuum non solum ut puriorem aerem respirarent (I Reg. IX. 25; II Reg. XI. 2) et libero prospectu in longinquum fruerentur, sed ut Deum orarent (Tob. III. 10), ut solemnitates publicas aut eventus vicinos spectarent, ut publice lamentarentur atque ut aestate sub dio dormirent » (*Lamy*, op. c., p. 287). Duplex erat series graduum (hoc tamen negant quidam), altera interior, exterior vero altera, quibus ad tectum ascendebatur — *Januae* clavi et sera ligneis (Jud III. 25; Is. XXII. 22 aut repagulo (quandoque metallico) claudebantur. — *Fenestrae* non claudebantur vitro sed cancello, *treillis* (Prov. VII. 6; Cant. II 9). Illas tantum respexisse in hortum aut aream interiorem, a nonnullis asseritur, a pluribus vero negatur asserentibus illas et in plateas respexisse, quod e locis modo indicatis colligunt. *Camini* prorsus deerant. « Il n'y avait pas de cheminée ; dans les plus grands froids on se contentait d'un brasier, et d'ailleurs la cuisine très sommaire se faisait dehors » (*Lesêtre*, op. cit., p. 97).

4. **De supellectili.** — « Parcior ordinarie supellex, praeter molam manuariam, furnum, ollas, patinas, utres, urceos, lucernam cum oleo olivae, mensam, sedilia, lectum et ea quae ad usus quotidianos maxime sunt necessaria, vix alia complectebatur » (*Lamy*, op. cit., p. 287-288. Quaenam ordinarie in cubiculo fuerint posita ex IV Reg. IV. 10 collige.

(1) « La plupart des maisons n'avaient qu'un rez-de-chaussée; néanmoins, on construisait souvent à l'extrémité du toit plat une *aliyah* ou chambre haute, qui servait d'oratoire (IV Rois XXIII. 12; Dan. VI. 10. etc.), d'appartement d'été, ... de retraite dans le deuil, d'appartement pour les hôtes » (*Fillion*, Atlas d'arch. bibl. p. 7).

§ V. — De vestimentis et ornamentis.

Protoparentes in statu innocentiae *nudi* prorsus *non erubescebant*, propter *donum praeternaturale immunitatis a concupiscentia*, nil censentes velandum, quia nil sentiebant refrenandum. — Post peccatum vero, ablato hoc dono, illam nuditatem sibi, motibus inordinatis suborientibus, probrosam esse sentientes, consuerunt folia ficus et fecerunt sibi *perizomata*. Dein *tunicis pelliceis* vestiti sunt (Gen. III. 7 21). — Secutis temporibus, usus pellicearum vestium non quidem penitus obsolevit (Lev. XV. 17; Num. XXXI. 20), verum plerumque *pilos*, *lanam* et *linum* in fila et pannos ducta ad varia vestimenta conficienda adhibuerunt. Cannabe, gossypium et sericum nisi prorsus inusitata, saltem rarius adhibita fuere apud Hebraeos

1. **Vestitus viri Judaei** quattuor partes complectebatur : *tunicam*, *cingulum*, *pallium*, *calceamenta*.

a) **Tunica** vestis erat super nudum corpus gestata et ad genua usque, postea, putaverimus, ad talos usque descendens. De tunica Salvatoris vide Joan. XIX. 23.

b) **Cingulum**. Ne tunica iter agentibus aut laborantibus impedimento esset (le long vêtement flottant avait besoin d'être serré autour du corps et d'être relevé), Hebraei, mediante cingulo, illam circa lumbos adstringebant. Hinc frequens in Scriptura locutio : *lumbos cingere*, *se praecingere*. Pulcherrima cingula confecisse mulieres colligitur ex Prov. XXXI. 24. – In cingulo etiam *pecunia* deferebatur (1); *atramentarium* suum scribae, *gladium* vero milites cingulo appensum gestabant.

c) **Pallium** erat pannus magnus quadratus vel oblongus qui super tunicam gestabatur, et in quo variis modis corpus convolvebatur. Noctu etiam eo contra frigus protegebantur (2); inde, si quis alterius *pallium in pignus* accepisset, ante solis occasum illud restituere tenebatur. — Ad quattuor pallii extremi-

(1) Cfr. quae diximus ad Matth. X. 9.

(2) Ex XXII. 27-27; cfr. dicta ad Eccle. IV. 11.

tates singulas erant singulae *fimbriae* (1) ex pluribus filis albis (color albus *symbolum puritatis* est), inter quae unum intertexendum erat hyacinthinum (*bleu du ciel*, symbolum *originis coelestis* mandatorum) : ita loca Num. et Deut. in nota 1ᵃ indicata intelligunt nonnulli, aliis aliter sentientibus. *Finis praescripti*, ut ex l. c. colligitur, erat ut memores essent Israelitae mandatorum Dei. — De *phylacteriis* cfr. in Matth. XXIII. 5, collatis figuris 13 et 14, quarum prior exhibet brachia manusque phylacteriis circumdata, altera Judaeum orantem, phylacteriis in fronte appensis.




Fig. 13.



Fig. 14.

d) **Calceamenta** sandalia erant, mediantibus loris seu corrigiis alligata (*des semelles de cuir attachées par des courroies ou lanières de cuir*). — In luctu discalceati incedebant (2). *Solvere* vero et *alligare*, sicut et *portare calceamenta* officium erat servorum infimorum (3). — Nec cuidam mirum videbitur frequenter,

(1) Num. XV. 38-40; Deut. XXII. 12; Matth. XXIII. 5.

(2) II Reg. XV. 30; Ez. XXIV. 17-23; Is. XX. 2.

(3) Cfr. quae ad Matth. III. 11 notavimus. — « La forme la plus ancienne et celle qui resta la plus commune jusqu'à la fin, ce furent les sandales,

ubi aliquis redux est a via, vel hospitio recipitur, dici : *affer aquam ut lavet pedes*, si attenderit ad indolem calceamentorum, absentiam tibialium et regionis clima. — Calceamenta auferebantur in signum reverentiae (Ex. III. 5; Jos. V. 16) Ideo *sacerdotes discalceati* in templo officio fungebantur. *Judaeos* discalceatos templum ingredi solitos fuisse Talmud dicit. *Mahumedani* meschitas discalceati ingrediuntur.

Sub tunica Judaeos quandoque, rarius tamen, sindonem gestasse, seu quamdam lineam interulam, quidam contendunt. — *Femoralia* vero sacerdotibus praescripta, laici gestasse non videntur (Gen. IX. 21-22).

Petitur quid in capite gestaverint? « Israelitae, ut opinantur plurimi auctores, nudo capite domi vitam degebant, caput autem extremitate pallii contra ardores solis aut contra frigus protegebant » (*Lamy*, op. cit., p. 292). Contra quam assertionem quidam dicunt illos gestasse quod gall. dicitur *le turban*, et quidem *viridis* seu *albi* coloris. Illud nec in templo nec in synagogis deponebant.

Certum est per decursum temporis huic vestitui simplicori multa pretiosa ornatus gratia addita fuisse.

2. **Vestimenta mulierum.** Hae iisdem quibus viri vestimentis utebantur. Verum illa tum *materia* tum *forma* praestabant. Et quidem *cingulum* pluries corpus circumdabat; *sandalia* erant altiora, ex materia pretiosiori confecta, cum tintinnabulis, ut opinatur *Trochon*, op. cit., p. 399, scribens : « une espèce de sandales assez hautes, garnies de clochettes ou de plaques de métal, qui s'entrechoquaient par la marche et retentissaient à chaque pas ». *Pallium* autem illarum potuisse distingui (amplitudine?) a virorum pallio colligitur ex Deut. XXII. 5 : *Non induetur mulier veste* (hebr. *simla*, pallium) *virili*, *nec vir utetur veste feminea*.

---

c'est-à-dire de simples semelles protégeant le dessous du pied contre l'humidité en hiver, contre le sol brûlant et les pierres en été. Ces semelles étaient maintenues par des courroies .. Nous trouvons une preuve de l'emploi de cette forme de chaussure dans l'usage de laver les pieds des voyageurs dès qu'ils arrivaient dans une tente ou dans une maison » (*Vig.*, Dict. t. II, col. 633).

Qua re *caput* operuerint ignoratur. « La coiffure des femmes israélites nous est inconnue. Le turban ou la mitre étaient des objets de luxe portés par des femmes de condition supérieure » (*id.*, *ib.*). Cui non consentiunt omnes. Illud enim operimentum est valde simplex, illoque, si velo non habebant opertum caput, usae fuerint. *Velo* enim etiam utebantur (Is. III. 23; Cant. V. 7 etc.) : poterant tamen, non velata facie, etiam honestissimae, in publicum prodire (Gen. XII. 14; XXIV. 65). Ita certe, ut e locis citatis liquet, antiquitus fiebat, nec deinceps id mutatum fuerit.

3. **De corporis cultu et ornamentis**. *Balnea* sumebant non tantum *sanitatis* sed et *refrigerii* et cultus corporei causa. — *Unctiones* frequenter adhibitas fuisse ex pluribus locis colligitur : quod iterum in eumdem duplicem finem factum fuisse dici potest. Non oleo tantum sed et *odoramentis* omnigenis, ex aliis etiam regionibus allatis (III Reg. X. 10), inter quae *nardus* genuina erat pretiosissima, utebantur (Marc. XIV. 3, 5; Joan. XII. 3, 5).

Comam, quam longam gestabant, quaeque *nigra* plerumque erat, admodum curabant, illamque *viri* identidem succidebant, ut patet ex praecepto *Nazaraeis* imposito (Num. VI. 5) non tondendae comae durante toto voti tempore. — *Mulieres* autem caesariem promissam et sparsam (*flottante*) gestasse videntur (Joan. XII 3); quod alii non admittunt (qui parlent de tresses et de bandeaux). — Prohibitum erat comam *in rotundum* attondere, ut faciebant Arabes qui circuitum capitis radebant, capillis in summitate tantum relictis. — *Barbam* (1) gestasse longam et integram videntur antiqui Judaei. « La barbe et la moustache faisaient l'orgueil de l'homme. Un outrage à la barbe, qu'on portait longue, (qu'ils laissaient pousser naturellement et sans frisure, *Vig.*, Dict.), était le plus sensible qu'un Hébreu pût ressentir. — Il fallait aussi laisser *les coins* de la chevelure et de la barbe (2),

(1) Lev. XIII. 29; XIX. 27.

(2) Lev XIX. 27; XXI. 5. « L'opinion la plus probable est que cette défense interdit de raser l'extrémité de la barbe entre les tempes et les oreilles... Hérodote III. 8, mentionne une coutume arabe qui consistait à offrir au dieu Orotal les cheveux entre les tempes et les oreilles » (*Vig.*, Dict., t. II, col. 1452).

c'est-à-dire les cheveux qui recouvrent les tempes et la partie de la barbe qui s'y joint et qui couvre les joues. Cette défense s'explique par la pratique que les Arabes pratiquaient à ce sujet en l'honneur d'une divinité analogue à Bacchus. Jérémie (1) parle plusieurs fois de ces Arabes, qu'il appelle par dérision *hommes aux coins coupés* » (*Trochon*, op. cit., p. 401). Barbam negligere vel succidere, praeterquam in luctu et desolatione, non licebat (Is. XV. 2; Jer. XLI. 5; Bar. VI. 30). De casu leprae cfr. Lev. XIV 9.

Viri non gestabant inaures, *pueri quandoque*. Neque armillas portabant, nisi reges essent aut magnates (II Reg. I. 10).

Mulieres vero praeter *inaures* (Ex. XXXII. 2; Ez. XVI. 12), quae quandoque gemmae erant, quandoque globuli aurei (Jud. VIII. 26), quandoque circuli formam habebant; praeter *annulos* in digitis, ad pedes et in naso, habebant *armillas*, et *catenulas* prope cubitum, ex auro, argento aut ebore confecta, et *torquem* et catenulas pluries collum circumdantes, pendentesque in pectore, quandoque ad cingulum usque descendentes, quibus appendebantur ornamenta varia pretiosa (vide Is. III. 18-23). « On y attachait des bijoux en or, de petits soleils ou des croissants en or, des amulettes, des flacons à parfums » (*Trochon*, op. cit., p. 404).

§ VI. — De labore domestico et agricultura.

Terram colere debebat homo etiam in statu innocentiae (Gen. II. 15), labore non molesto sed jucundo. Deinceps post peccatum *in sudore vultus* vescitur pane (ib. III. 19). — Antiquitus *patriarchas* pastores fuisse, vitamque *nomadum more* duxisse supra dictum est; agriculturae autem parum dediti fuisse videntur. — *Incolae terrae Chanaan*, durante commoratione Israelitarum in Aegypto, agriculturae incumbebant (Num. XIII. 23-24; Deut. VIII. 8 Jos. V. 12), quae, inde a Terrae S. occupatione, primas partes apud Israelitas obtinuit.

(1) Jer. IX. 26; XXV. 23; XLIX. 32.

Palaestinae solum fertile esse, ex pluribus *Scripturae* locis colligitur; huic concinunt *auctores* antiqui et recentiores *exploratores*. « Nostra quidem aetate, desolata Palaestinae terra antiquam prosperitatem luget, quod Moyses et prophetae praedixerant; sed pristinae ubertatis vestigia ubique obvia sunt. Mirum non est regionem ab Assyriis, Chaldaeis, Syris, Romanis, Sarracenis *successive vastatam*, et hodie gementem *sub duro Turcarum jugo*, qui agricolas suis exactionibus vexant et ab Arabum incursionibus minime tuentur, non abundantes ut olim segetes et fructus producere et multa habere loca inculta Solum tamen, ubi cultores non desunt, fertile est. Arbores frugiferas et fruges terrae omnis generis alit; nec vites desunt, etsi Mahumedani a vino abstineant. Greges et armenta hodiedum in pascuis observantur » (*Lamy*, op. cit., p. 278, 279). — Huic autem fertilitati favebant *irrigatio* et *stercoratio* (1) : qua in re commoratio in Aegypto Hebraeis profuit. *Requies anni septimi* seu sabbatici (2) fertilitati illi multum contulit. Quot et quanta fecerit Moyses ut agriculturae faveret, non uno in loco obvium est; qua in re sapientiam legislatoris merito mirantur. Agricultura indigent omnes ut panem quotidianum sibi provideant; illa Deus populi *corruptionem* et perversionem, relationibus frequentibus prohibitis cum alienigenis, *impedivit* (vide infra *de commercio*); illa *vitam nomadicam*, quae ad depraedationes inclinat, elongavit; illa fovit *patriae amorem* (vide infra *de legibus circa possessiones*) et praecipue *spiritum religiosum* (Lev. XXV. 23; Deut. XXVIII. 11-42).

Ut autem agrum recipiendis seminibus aptum redderent, utebantur *aratro, quod trahebant* jugo alligati *boves* (3), vaccae, rarius asini; asinum simul cum bove alligare aratro vetitum

(1) Jer. IX. 22; XIV. 4; Is. V. 24, etc.

(2) « L'année sabbatique, qui consistait à laisser une année les terres en friche, avait pour but principal de faire reposer le sol, afin qu'il ne s'épuisât point en produisant toujours sans interruption. Ce repos était nécessaire, à une époque surtout où l'on ignorait les moyens chimiques de restituer à la terre par des engrais choisis les substances qu'elle avait perdues, et qui lui sont indispensables pour qu'elle soit fertile » (*Vig.* Dict. t. I, col. 283-284). De hoc anno vide infra, ubi *de festis*.

(3) III Reg. XIX. 19 sqq.; Job I. 14.

erat (1). — Ut autem lentius incedentes boves pungerent, utebantur *stimulo* (l'aiguillon, le *stimulus*, bâton terminé d'un côté en pointe, muni à l'autre extrémité d'un racloir servant à nettoyer le soc de la charrue). Ager, aliis etiam instrumentis (*la herse, le rouleau*) praeparatus, exeunte mense Octobri, et mense Novembri, imo Decembri quandoque, *serebatur* : dein instrumentis, de quibus mox, iterum adhibitis, vel calcantibus capris et ovibus, efficiebant ut terra semen reciperet, hocque posset germinare, nec a volucribus coeli manducaretur.

Siccitas, *ventus urens* (2), *locustae*, erant calamitates messi summopere metuendae; aliae passim commemorantur quas prophetae nonnunquam divinitus immittendas minitati sunt.

Messis incipiebat 2ª die Paschatis ritu quodam religioso; *primus* scilicet *hordei maturi manipulus* in templo offerebatur. Falce frumentum metebant (3), colligabant in manipulos, et mediante plaustro transvehebant *ad aream* in ipsius agri loco elato praeparatam (Am. II. 13). — Magno cum gaudio, resonantibusque cantilenis, messis labori jucundissimo, arduo licet, incumbebant (Is. IX. 3). — Debebant autem partem aliquam in agro relinquere pauperibus (Lev. XIX. 9, hebr.), quibus etiam licebat spicas quae exciderant colligere (ib.).




Fig. 15.

Manipuli, in area collecti, ibique rite dispositi, *triturabantur*. Parva quidem quantitas quandoque mediante virga excutiebatur (Ruth II. 17), verum ordinarie boves in rotundum gradientes, et quibus *os*

(1) Deut. XXII. 10. « La loi de Moïse défend d'attacher au même joug le bœuf et l'âne... La prescription de Moïse est fort humaine en interdisant de faire travailler ensemble des bêtes *de force et de taille très différentes*. Il est probable que cette défense avait aussi une portée morale plus haute et qu'elle était destinée, comme les ordonnances du Lév. XIX. 19, à inspirer aux Israélites *l'horreur de tout commerce avec les païens*, pour leur faire mieux conserver la pureté de leur foi religieuse » (*Vig*.. Dict. t. I, col. 572).

(2) De *vento hoc* pulchre *Vig*., la Bible et les découvertes modernes, t. II. p. 360 sqq. ; de *locustis* ib. p. 354 sqq.

(3) Deut. XVI. 9; XXIII. 25; Jer. L. 16; Joel III. 13.

alligare prohibitum erat, grana e spicis excutiebant *pedibus* (1), vel trahentes plaustrum aut tribulum *ad hoc* : vide fig. 15 et 16 (2). — Dein mediante *ventilabro* grana a gluma, utrisque agitatis vel in altum projectis, separabantur, gluma vento ablata. — Finis messis ordinarie erat in Pentecoste; frumentum *in horrea* recondebatur (3). Frumentum abundans exportatum fuisse novimus.




Fig. 16.

§ VII. — De alimentis.

I. — De cibo.

Alimenta sustentandis corporibus homini subministrat mediate vel immediate omnium mater et nutrix terra. Et quidem statim ab initio *terrae fruges* homini in nutritionem concessae leguntur (Gen. I. 29); *carnes* vero ab initio nec concessae nec prohibitae : siquidem *jure naturae licitae sunt*, *nec prohibebantur*

(1) Deut. XXV. 4; Is. XXVIII. 28; Os. X. 11; Mich. IV. 13.

(2) « Cet instrument (le traîneau), qu'on voit encore maintenant en Syrie aussi bien qu'en Egypte, se compose d'une sorte de châssis de bois, semblable à celui d'un traîneau, auquel sont adaptés deux ou trois cylindres de bois armés de dents de fer. Il est attelé de deux bœufs. Au-dessus du traîneau est un siège sur lequel s'assied le conducteur, afin d'augmenter le poids de la machine. Celle-ci, au moyen des cylindres tournants, fait sortir les grains de l'épi, presse et broie la paille. — Le *tribulum* consistait en un ou deux gros plateaux de bois rectangulaires, relevés à la partie antérieure et dont le dessous est percé de trous garnis de pierres aiguës ou de pointes de fer formant une sorte de herse. Pour la rendre plus lourde on la charge de grosses pierres, ou bien l'homme qui la dirige monte dessus. Elle est traînée par des bœufs sur les gerbes, afin d'en détacher le grain. Ces deux espèces de machines furent quelquefois employées chez les Hébreux, afin de faire périr des ennemis par un affreux supplice. II Reg. XIX. 31; IV Reg. XII. 7; Am. I. 3; Is. XV. 16; XLI. 15 (*Vig.*, Dict. t. I, col. 326).

(3) Ruth. II. 23; Joel I. 17; Amos VIII. 5.

divinitus, dicimus *his vesci licuisse.* — *Post diluvium* vero expresse leguntur concessae (ib. IX. 3), restrictione tamen apposita : ex distinctione autem munda inter et immunda animalia jam vigente ante diluvium (ib. VII. 2-8), nonnulli colligunt *jam* esum carnis fuisse *antea* introductum. Talis distinctio apud alios populos, v. g. Aegyptios (Gen. XLIII. 32), Arabes vigens, Lege deinceps sancita fuit (Lev. XI; Deut. XIV). Statuit igitur Lex :

a) *Quadrupedia* (Lev. ib. 3-7; Deut. ib. 4-8) *quae ruminant et ungulam plene fissam habent* (le pied fourché, la corne du pied complètement fendue) munda sunt, ita ut alterutra conditione deficiente animal immundum sit. — *De lepore* ruminantibus adnumerato a Moyse, vide supra; cfr. *Vig.* Les Livres saints..., 2me éd., t. III. p. 619; *Prat*, la Bible et l'histoire, p. 18 26.

b) *Pisces* (Lev. XI. 9-12; Deut. XIV. 9-10) qui pinnulas (*des nageoires*) et squamas (*des écailles*) habent mundi sunt : una conditione deficiente, sunt immundi.

c) *Reptilia* (Lev. XI. 29-38; 41-42) generatim *immunda* sunt; hoc nomine veniunt etiam animalia *parvis* et *fere non apparentibus pedibus* (Lev. XI. 41-42) praedita, quaeque repere videntur (le lézard p. ex.).

d) *Aves* quarum 21 nomina Deut. XIV. 12-18, Lev. XI. 13-19 nomina 20 enumerantur, simulque *insecta alata* (volucres quattuor pedes habentes, Lev. XI. 23) omnia sunt *immunda*, *exceptis saltatoriis* seu in genere locustis (Lev. XI 20-25), quarum quattuor species, ut censent, diversis nominibus enumerantur.

Motiva illius temporariae distinctionis adducuntur :

1°) Ut populus a conviviis (et consequenter relationibus frequentibus), cum gentibus finitimis idololatricis habendis arceretur, itaque *periculum perversionis et idololatriae ab eo averteretur.*

2°) Ut *populi sanitati* provideretur (1) : ad quod, fatentibus medicis in arte sua maxime peritis, et experientia teste, utilissimae sunt Moysis praescriptiones.

3°) Ut *cultui* Deo digne exhibendo provideretur.

(1) Cfr. *Vigouroux*, Dict. t. I, col. 617 sqq., ubi duo priora motiva hic adducta egregie evolvuntur.

« *Esus sanguinis* primum Noacho, deinde Israelitis, et tandem primis christianis ab Apostolis in concilio hierosolymitano (1) interdictus fuit » (*Lamy*, op. cit., p 292), quae interdictio per aliquot saecula in Ecclesia viguit, sed jamdiu obsolevit. Idem dic (proportione servata quoad motiva in nota 1 indicata) *de suffocatis*; de animalibus *sponte mortuis* vel *a fera dilaceratis*, vide Ex. XXII. 31; Lev. XVII. 15-16; Deut. XIV. 21.

Praeter carnes autem in cibum sumebant *panem*, qui praecipua erat pars cibi vulgi, ut locutiones *manducare* seu *frangere panem*, de manducatione simpliciter, et *apponere panem de convivio* parando adhibeantur. — « Ut panis pararetur necesse erat grana frumenti in farinam redigi. Ad quod Hebraei molis manuariis et recentius etiam asinariis utebantur (2).

(1) Act. Ap. XV. 20. — *Motiva* prohibitionis primitus factae assignari possunt : 1. *Humanitas*, ut averterentur a sanguinis humani effusione (Gen. IX. 4 sqq ; Lev. XVII. 10-14); 2. *Cultus puritas*, scopus semper intentus; sanguis pluribus ritibus superstitiosis inserviebat; caeterum sanguis est vita, et vita Dei est; 3. *Sanitas* (le point de vue hygiénique) : « c'est dans le sang que circulent les germes d'un grand nombre de maladies infectieuses » (Dr. *Guéneau de Mussy*).

(2) Molam manuariam ita describit *Vigouroux*, la Bible et les découvertes modernes, t. III. p. 399 sqq , quae descriptio, inspectis figuris 17, 18 et 19, facile intelligetur. « Deux femmes sont assises à côté du moulin (fig. 19), l'une vis-à-vis de l'autre (Matth. XXIV. 41). Quelquefois cependant, quand le moulin est petit, une seule femme est occupée à moudre. Il y en a ordinairement deux, à cause de la fatigue de ce travail Elles tiennent l'une et l'autre la poignée de la meule supérieure, parce qu'il serait trop pénible de la reprendre chaque fois et qu'on produirait ainsi des mouvements saccadés nuisibles à la mouture : cette poignée est droite. Elle est placée à un bord de la pierre supérieure qu'elle sert à faire tourner sur la meule inférieure ; la meule supérieure est appelée en arabe *rekkab*, « le cavalier », comme l'appelaient autrefois les Hébreux. Elle est percée au milieu d'un trou (fig. 17), dans lequel entre une tige de fer (fig. 18*b*), fixée solidement à la pierre qui repose sur le sol. L'une des femmes jette le grain par ce trou, à mesure qu'il est néces-


Fig. 17.



Fig. 18.


Fig. 19.

« Quia vero nec molae publicae neque pistores, nisi regii, erant, mola cuilibet necessaria erat; idcirco interdictum fuit (Deut. XXIV. 6) molam in pignus accipere » (*Lamy*, op. cit., p. 293). — Panis, ut experientia docet, sub aere fervido, citius mucescit: quod ut vitarent, *panes novos singulis diebus* conficiebant, et quidem quot familiae necessarii essent; *panes* autem *parvos* fuisse, eosdemque in modum placentarum *tenues valde*, ob oculos haberi debet semper ut quaedam Scripturae loca (Luc. XI. 5) et aliquot locutiones, uti v. g. *frangere panem*, rite intelligantur. — « Amabant etiam Hebraei polentam, quam cum farina hordei tosti conficiebant, et panes sub cinere coctos, seu subcinericios, qui parabantur maxime ubi res urgebat... Praeterea cum farina et oleo conficiebantur placentae et lagana (1) varii generis » (*Idem*, op. cit., p. 294). Variis nominibus varia genera pluribus in locis indicantur, quae enumeratio ne fastidium generet, omittitur.

Oleo etiam utebantur in cibis parandis. *Mellis* ut cibi mentio saepe occurrit. Varias *casei* species habebant. *Butyrum*, juxta nonnullos, non erat incognitum (2); in pluribus locis, Vulg. de

---

saire. *La meule supérieure est concave* dans la partie qui s'adapte à la meule inférieure, *laquelle*, au contraire, *est convexe*. Celle-ci est fixée sur le sol. Toutes les deux sont de forme ronde... Le blé, grossièrement moulu, sort d'entre les deux pierres et tombe sur la toile au-dessus de laquelle le moulin est placé ».

(1) Ex. XXIX, 2, 23; Lev. II. 4; VIII. 26 etc.

(2) Putant quidam vocem hebr., quae ita vertitur, *lac* vel *lac spissum* (*crême*) significare. — « Il est possible aussi que les Hébreux aient fait du beurre; cependant ce point est encore douteux » (*Trochon*, op. cit., p. 418-419). — « Pour fabriquer le beurre solide, on procède actuellement en Palestine de la manière suivante : on met de la crême ou du lait avec sa crême dans une outre en peau, sans la remplir entièrement. Après l'avoir bien fermée on suspend cette outre à trois pieux dressés en faisceau et on la balance, on l'agite jusqu'à ce que la crême se prenne en une masse un peu plus consistante et devienne du beurre.. C'est ainsi que devait se faire autrefois le barattage au temps de l'auteur des Proverbes XXX 33, car *dans l'immobile Orient les usages ne changent guere*. — Le beurre ainsi préparé est jaunâtre, plus ou moins solide, et ne vaut pas en général le beurre de nos pays occidentaux. De plus, l'extrême chaleur ne permet pas de le conserver; en peu de temps il devient rance... Le lait de vache à peu près seul est utilisé pour faire le beurre. Le lait de brebis ne contenant qu'une faible quantité de beurre, est employé directement ou sert à la fabrication du fromage » (*Vig.*, Dict. t. I, col. 1768). — *De caseo* vide I Reg. XVII. 18; II Reg. XVII. 29; Judith. X. 5.

butyro loquitur; dubitant an recte semper. *Uvis*, *ficis* (his etiam ut medicina utebantur, *comme cataplasme*, IV Reg. XX. 7; Is. XXXVIII. 21), aliis fructibus delectabantur, sicut et *variis speciebus leguminum* (1).

II. — De potu.

« Praeter aquam, communem omnium potum, Hebraei, inde a priscis temporibus, usi sunt vino, nec semel usque ad ebrietatem » (*Lamy*, op. cit., p 294, Ab quod notandum 1 vinearum, ut supra dictum est, valde feracem esse Palaestinam; 2. vocem *inebriari* non semper sensu stricto sumendam esse, sed et significare bibere *ad satietatem* vel ad *hilaritatem* usque; ita verba Joan. II. 10 : *cum inebriati fuerint*, vertit *Beelen* : « als de gasten goed gedronken hebben »... Ex loco citato apparet etiam morem fuisse prius apponere bonum vinum, et dein *quod deterius est*. — Vina quandoque aromatibus *condiebant*. « On mêlait quelquefois des aromates au vin pour lui donner plus de goût (Cant. VIII. 2), et satisfaire ceux qui aimaient des boissons fortes (Is. V. 22) ». Ita *Trochon*, op. cit., p. 420.

Utebantur etiam potu quem *siceram* (schekar) appellant : quo nomine varios potus, et in genere *quemvis potum inebriantem* designari, neminem latet. « Sicera hebraeo sermone est omnis potio quae inebriari potest, sive illa quae frumento conficitur, sive pomorum succo, aut quum favi decoquuntur in dulcem et barbaram potionem, aut palmarum fructus (des dattes) exprimuntur in liquorem, coctisque frugibus aqua pinguior coloratur » (*Hier.*, ad Nepot.). — « E vino et sicera parabatur aceti genus, nomine *chamez*, quo utebantur messores (Ruth II. 14). Huic simile videtur fuisse acetum quod milites romani Christo in cruce obtulerunt » (*Lamy*, op. cit., p. 294).

---

(1) « Comme légumes on se servait surtout de fèves et de lentilles, d'oignons, d'ail, de concombres » (*Trochon*, op. cit., p. 419).

III. — De conviviis.

Judaei prandebant circa meridiem, nihil cibi mane sumpto. Sed praecipua eorum refectio erat coena ad vesperam; quod ex indole regionis facile concipitur.

Per servos renovabatur invitatio pridem facta (in Matth. XXII. 3 sqq.); invitatus *osculo* excipiebatur (Luc. VII. 45), ipsique *pedes lavabantur* (ib. 44); honoris causa quandoque illius caput unguentis conspergebatur (Ps. XXII. 5; Am. VI 6), dein, *post manuum* (1) *lotionem* (munditiei, imo et sanitatis causa, siquidem, ut nonnulli volunt, digitis cibos in os inferrent) invitatis juxta dignitatem *locus assignabatur* (2).

Antiquitus mensae assidebant (3). « Aetate Christi jamdudum invaluerat mos persicus *mensae accumbendi*. Aderant in coenaculo *lecti plerumque tres* (vide fig. 20, quae *lectum* exhibet), aut pro



Fig. 20.

numero hospitum plures, quorum quilibet capiebat tres personas; unde nomina *triclinium* (4), *architriclinus* (Joan. II. 9). Discumbebant autem reclinati in latus sinistrum, inferiore parte corporis in longum porrecta, capite leviter erecto, pedibus ad terram.

---

(1) Matth. XV. 2,20; Marc. VII. 2 sqq.; Luc. XI. 38.

(2) I Reg. IX. 22; Marc. XII. 39; Luc. XIV. 8-10.

(3) Gen. XXVII. 19; I Reg. XX. 5, 24; III. Reg. XIII. 20.

(4) *Lit de table* (ordinarie tres capiens personas); inde significatione derivata (du contenu au contenant), ipsum coenaculum notat.

Familiarissimi accumbere solebant ad pectus ejus qui esset convivii princeps (1). Lectus medius et medius in eo locus erat honoratior quem Pharisaei ambiebant (2) ». *Lamy*, op cit., p. 296. Res secundae *laetitiam* generant, quae ipsa nonnunquam *convivio* manifestatur; inde, posito effectu pro causa, *convivium* in Scriptura non semel *de felicitate*, imprimis vero de felicitate regni Messiani et *aeterna beatitudine*, usurpatur. Quia autem convivia solebant instrui vespertino et *nocturno tempore*, in loco multis lampadibus illuminato, dum extra locum tenebrae essent, qui non admittitur ad convivium, et inde *cui ad coelestem beatitudinem*, sub imagine *talis* convivii adumbratam, *denegatur ingressus*, *ejici in tenebras exteriores* dicitur : Matth. VIII 12.

Erat ritus veterum ut per patremfamilias aut convivii moderatorem sua cuique vini *portio* attribueretur : inde *calix* nonnumquam ponitur pro *portione*, pro *sorte* vel *praeclara* vel, et quidem frequentius, *aspera*. Cfr. Matth XX. 22; Ps. XV. 5, XXII. 5.

§ VIII. — De hospitalitate, urbanitate, etc.

1. **Hospitalitatem** omnes ab antiquissimis temporibus exercuisse neminem fugit, eratque haec tunc temporis, spectatis modo itinera perficiendi, diversoriorum (hôtelleries) absentia, aliisque adjunctis, multo magis quam nunc necessaria. Abrahamum (Gen. XVIII. 1. sqq.), Loth (ib. XIX. 1 sqq.), aliosque in illa exercenda excelluisse Scriptura narrat.

Sacra erant hospitis jura, ipsiusque securitati omni modo consulebatur (ib. 7 sqq.). Ut e locis Geneseos supra citatis apparet, *officia hospitalitatis* praecipua erant ut obviam tenderent extraneis, illos benevole invitarent, illorum pedes lavarent, quaecumque necessaria illis subministrarent, illosque proficiscentes aliquantulum comitarentur.

Exstitisse autem loca quaedam publica (gall. *caravansérails*), omni suppellectili vacua, in quibus extranei gratuito reciperentur,

(1) Luc. VII. 36-38; Joan. XII. 1-11; XIII. 23; XXI. 20.
(2) Matth. XXIII. 6; Luc. XIV. 7.

cibis tamen non ministratis, e nonnullis locis eruitur (1); tale aedificium Luc. II. 7 nominatur *diversorium* (2).

2. **Urbanitatem**, sicut et luctum, de quo mox, Israelitae sicut ceteri Orientales, multo majoribus et numerosioribus signis ostendebant. Salutatio autem Hebraeis solemnis erat *pax tibi*, qua locutione salutans *cuncta prospera* apprecabatur : cfr. quae diximus in Matth. X. 12; exempla aliarum salutationum occur-

(1) Gen. XLII. 17; XLIII. 21; Jer. XLI. 7 hebr.

(2) Juvat haec exscribere e *Dict.* saepe citato (t. II, col. 250-251) : « *Le caravansérail* est un ensemble de bâtiments établis le long des routes ou à proximité des villes, pour servir d'abri passager aux voyageurs et à leurs montures. Ces sortes de constructions sont particulières aux pays d'Orient. Le caravansérail tire son nom de deux mots persans, *Kerwân* et *Seraï*, « maison de la caravane ». Les Arabes l'appellent *Khan*. On trouve encore le caravansérail en Orient à peu près tel qu'il a existé dans les temps primitifs. Il se compose essentiellement de quatre murs disposés en rectangle, servant d'appui à l'intérieur à une galerie couverte. L'espace que n'occupe pas la galerie reste à ciel ouvert; on y parque des animaux pendant la nuit. L'installation est souvent assez sommaire. Sous la galerie sont disposées des banquettes fixes en bois, sur lesquelles on étend des nattes pour dormir. Le niveau du sol de cette galerie n'est pas toujours suffisamment élevé au-dessus du niveau de la cour intérieure. Aussi arrive-t-il assez fréquemment que, pour échapper au froid de la nuit ou aux intempéries, les animaux viennent chercher un refuge sous le toit qui abrite les voyageurs. Bêtes et gens prennent alors leur repos en commun. D'autres fois le *Khan* présente un peu plus de confort. Il comprend, par exemple, un bâtiment d'entrée qui sert de demeure à un gardien. Ce bâtiment forme habituellement une voûte sous laquelle il faut passer pour entrer et que ferme une porte solide. *Des cellules* sont ménagées sous les galeries pour les voyageurs, et *des écuries* peuvent recevoir les animaux. Une terrasse court à la partie supérieure des galeries. De là on surveille l'extérieur. Quand les brigands sont à craindre, des tours flanquent le caravansérail et le mettent à l'abri d'un coup de main. Autant qu'il est possible, on fait en sorte d'avoir une fontaine ou du moins des citernes à l'intérieur, surtout si les sources et les cours d'eau sont à grande distance. Le gardien du *Khan* n'a pas à fournir de provisions aux voyageurs, *chacun apportant avec lui tout ce qui lui est nécessaire*. Il rend cependant certains services à ceux qui le demandent. *Le caravansérail ne ressemble donc guère à une hôtellerie*, bien que parfois on emploie ce dernier mot pour traduire *diversorium* dans le récit de la naissance de Notre-Seigneur. Luc. II. 7.

« C'est dans le caravansérail voisin de Bethléhem que la Sainte Vierge et Saint Joseph vinrent chercher un refuge, la nuit même de la naissance du Sauveur (Luc. II. 7). Mais la cour et la galerie étaient tellement encombrées, à cause de l'affluence des étrangers venus pour le recensement, qu'il leur fallut se retirer dans une grotte, à peu de distance ».

runt passim (1); de salutatione angelica, vide Luc. I. 28. Familiares autem et amici *osculo*, signo naturali affectionis, se invicem excipiebant (2); quandoque *reverentiae* etiam causa osculum dabatur (Ps. II. 12, hebr.). — Coram superioribus et magnatibus *genuflectebant*, utroque genu nonnunquam, imo quandoque toto corpore incurvabantur vel *proni in terram cadebant* (3). *Munera* autem hac occasione fuisse oblata ex nonnullis locis colligitur.

3. *De ludis* pauca in Scriptura referuntur, plura *de choreis* : has agebant ubi propter faustos eventus gaudium erat publicum (4); simulque privatum gaudium hoc modo manifestatum fuisse Scriptura testatur (Jer. XXXI. 4, 13 etc.).

§ IX. — De morte et cadaveris conditura, de funeribus et sepulcris.

1. **De morte.** Judaeos animarum immortalitatem non admisisse ridicula est assertio; ipsos autem sortis futurae non habuisse notiones claras, quales revelatio deinceps nobis attulit, facile concedimus; nec diffitemur locutiones aliquot passim occurrere quae videntur hanc immortalitatem in dubium vocare (5), imo omnino negare (6) : attamen rem ipsam nullatenus negatam

(1) Ruth. II. 4; Jud. VI. 12; Matth. XXV. 49 etc. Nota salutationem qualem Ruth, l. c. legimus, haberi in liturgia; responsum vero : *et cum spiritu tuo*, quod hebraizat, verterem non : *en met uwen geest*, uti pluries, verum : *met u ook*.

(2) Gen. XLV. 14; XLVI. 29; XLVIII. 10; Ex. XVIII. 7; Matth. l. c.

(3) Gen. XVIII. 2; XIX. 1; XXIII. 7; Ex. XVIII. 7 etc etc

« Les auteurs de la version des 70 et de la Vulgate ont traduit partout le mot hébreu par προσκυνεῖν et *adorare*. En effet, ces deux mots signifient aussi, dans ces langues, la prosternation complète : le mot *adorare* vient de *ad*, vers, et de *os*, bouche; le mot προσκυνεῖν, de πρός, vers, et κυνεῖν, baiser. Cela vient de ce que les Grecs et les Romains, dans l'acte de l'adoration, portaient la main droite à la bouche, tout en se prosternant devant celui qui était l'objet de l'adoration ; d'après d'autres auteurs, cela viendrait de ce que, quand la prosternation était complète, l'adorateur baisait ou était censé baiser la terre devant celui qu'il adorait » (*Vig.*, Dict. t. I, col. 236-237).

(4) Ex. XV. 20; I Reg. XVIII. 6; II Reg. VI. 14 etc.

(5) Cfr. comm. nostr. in Eccle. III. 19 21.

(6) Ps. VI. 6 etc. — « On ne trouve nulle part dans l'Ecriture un exposé didactique de la distinction du corps et de l'âme ; mais cette *distinction est*

fuisse, et locutiones illas, accurata adjecta interpretatione nullum facessere negotium, omnino contendimus. – Animam immediate *a Deo creatam* universa clamat Scriptura. Ex locutionibus autem : *apponi ad populum suum*, *dormire cum patribus*, etc., passim obviis, demonstratur fides Judaeorum in animae immortalitatem.

Statim ac quis spiritum emiserat, ejus oculos filii vel cognati claudebant (1); cadaver statim aqua lavabatur et in coenaculo deponebatur et condiebatur (Act. IX. 37).

2. **De cadaveris conditura.** Variis temporibus varius fuerit modus cadaverum condiendorum. Corpus Jacob more aegyptiaco conditum legitur Gen. L. 2-3. Hebraei recentiores manus et pedes *institis* (des bandelettes) ligabant, caput *in sudarium*, corpus *in sindonem* involvebant : condiebatur aromatibus et unguentis, v. g. *myrrha* et *aloe*, ut factum est de Christi corpore (2).

3. **De funeribus**. Conditum cadaver, in loculo aperto dispositum (Luc. VII. 12. sqq.) mox ad sepulcrum deferebatur; qui mos ex climate fervente explicatur (Act. V. 6-18). — Parentes et amici sequebantur funus plorantes, clamores magnos et ululatus edentes : luctus autem per plures, ordinarie septem, dies protrahebatur (Eccli. XXII. 13). Judaei porro, ut ceteri Orientales, multiplicia doloris signa dabant : vestimenta scindere, saccum vel cilicium induere, caput pulvere vel cinere conspergere, pectus tundere, caput verberare, barbam et capillos radere

---

supposée ou affirmée chaque fois que l'occasion s'en présente... La preuve que les Hébreux distinguaient l'âme du corps, c'est que, tout en admettant leurs rapports, ils les opposent l'un à l'autre comme deux principes nécessaires pour constituer l'homme vivant. Cette opposition est particulièrement marquée dans ce que la Bible nous dit de la création de l'homme (Gen. II. 7), de la mort (Gen. XXXV. 19; Eccle. XII. 7 etc.), et de la resurrection des corps (Ezech. XXXVII). — La Bible enseigne-t-elle *la spiritualité* de l'âme? Elle n'expose point cette spiritualité en termes philosophiques; mais elle l'affirme de plusieurs manières... (*Vig.*, Dict. t. I, col. 455 456; cfr. la Bible et les découvertes modernes, 4e éd., t. III. p. 101-189; le Nouveau Testament et les découvertes modernes, p. 57 suiv.).

(1) Gen. XLVI. 4; Tob. XIV. 15.

(2) Joan. XI. 44; XIX. 39-40; Matth. XXVII. 49; Marc. XV. 46; Luc. XXIII. 53-56.

vel evellere (1), lacertos incidere (2), en signa luctus praecipua.

Adhibebantur et mulieres *lamentatrices* (capillis sparsis incedebant, nudato pectore, transeuntes suis cantibus et ululatibus ad luctum invitantes, *Hier.*), et *tibicines* carmina funebria modulantes (3). Juxta Talmudem, pauperrimus Israelitarum uxori mortuae duos tibicines et unam lamentatricem denegare non poterat. — Intermittebantur etiam in luctu balnea, laeta colloquia, capitis unctio, epulae.

Sacerdotes autem, utpote cultui divino mancipati, funera dumtaxat patris et matris, filii ac filiae, fratris ac sororis, virginis et innuptae, curare luctumque agere poterant. Imo *summus sacerdos* nulla omnino funera, ne patris aut matris quidem, curare poterat (Lev. XXI. 1-11).

« Comme on le voit aucun rite religieux proprement dit n'entrait dans le cérémonial funéraire : c'était un acte de la vie familiale, comme le mariage, et le sacerdoce en Israël n'y avait aucune part » (*Vig.* Dict., au mot *funérailles*).

4. **De sepultura et sepulcris.** Judaei corpora humabant. Cadavera *cremandi consuetudinem* viguisse, non admittimus ; illa autem ob speciales rationes (I Reg. XXXI. 12) quandoque cremata fuisse minime negamus.

Auctores quidam (cfr. *Lamy*, op. cit., p. 319) dicunt morem viguisse ut *regum corpora* cremarentur (II Par. XXI. 19 ; Jer. XXXIV. 5) : quod non admittendum existimamus; modo laudatus auctor, l. cit., addit : « Talmudici tamen ita cremationem factam intelligunt ut non corpus proprie, sed aromata supra corpus cremarentur, cui interpretationi favet locus II Par. XVI. 14 ». Ita intelligendum esse putamus.

Juxta Legem (Num. XIX. 16) immundi per septem dies erant qui sepulcrum tetigissent : inde Judaei sepulcra sua extra

(1) Gen. XXXVII. 34 ; II Reg. III. 31 ; Jer. XLI. 5 ; Lam. II. 10.

(2) Jer. XVI. 6 ; XLVII. 5. « La loi mosaïque défendait formellement cette pratique (de se faire des incisions) commune à plusieurs peuples sémitiques, Lev. XIX. 28 ; Deut. XIV. 1. Mais l'habitude comme le prouvent les passages cités, semble avoir subsisté malgré la loi. Les Arabes la conservent encore de nos jours » (*Trochon*, op. cit., p 386, not. 10).

(3) Jer. IX. 17 ; XLVIII. 36 ; Matth. IX. 23.

urbes, pagos, oppida habebant, ita quidem ut saltem 50 cubitis (circ. 25 m.) a muris distarent. — *Coemeteria* non erant nisi pro pauperibus et peregrinis (IV Reg. XXIII. 6; Jer. XXVI. 23). *Divites* habebant in sepulcrum, toti familiae inserviens, *speluncam* seu *cryptam* vel naturalem vel manu factam (1).

Porro janua exterior (plura enim quandoque cubicula erant) specus grandi lapide acclinato claudebatur (2). Sepulcra quotannis, ultimo mense (Adar) calce obducebantur (Matth. XXIII. 27).

Reducibus a funere cognatis reliquisque lugentibus convivium offerebatur (Jer. XVI. 7; *Hier.* in h. l.) a *Latinis* vulgo *parentalia* appellatum.

CAPUT II. — DE ANTIQUITATIBUS POLITICIS.

§ I. — De relationibus hostilibus.

1. *Tempore patriarcharum*, exercitus proprie dictos non exstitisse, patet e Gen. XIV. 13-16. Etiam postea, quamvis Israelitae omnes, arma ferendi capaces, hosti obviam tetenderint, exercitus *permanentes* quos dicunt non exstitere : a 20 anno, ut legitur Num. I. 1-3, XXVI. 1 2, usque ad 50, ut *Josephus* refert, arma ferebant. — Idem dic de *epocha judicum* : capita familiarum simul duces belli fuere; *nulla* vero *potestas centralis* fuit ea quae potuerit omnes ad arma ferenda adigere; sed, imminente periculo, prae patriae et libertatis amore, sponte offerebant se ad periculum

(1) Gen. XXIII. 9; Jos. X. 27; Matth. XXVII. 60. « A l'origine dans trois des parois de cette chambre (celle où est pratiquée la porte fait nécessairement exception) on creusait des *loculi* pour y placer les cadavres. Chaque *loculus*, un par paroi, formait une arcade recouvrant une banquette sur laquelle on plaçait le cadavre.

« Comme ce sépulcre devait recevoir toute une famille dans la suite des générations, on fut amené à modifier la disposition intérieure de la chambre funéraire. Au lieu de placer le corps parallèlement à la paroi, on le mit dans une espèce de four creusé perpendiculairement au mur... Cette disposition est la plus répandue en Palestine » (*Trochon*, op. cit. p. 388).

(2) Matth. XXVII. 60; Marc. XVI. 3-4.

avertendum (1). — *Sub Saule* parva manus trium millium virorum fortium, naturam exercitus permanentis induit; illa institutio deinceps *sub Davide* et *Salomone crevit* : hic insuper peditibus, quibus hucusque fere exclusive constabat exercitus, *equites* et *currus bellicos* addidit, imo illos multiplicavit (2). Jam ante illum quidam currus exstitere, sed vix in pugnando adhibiti fuisse videntur. Salomonem alii reges imitati sunt. Illud punctum spectant cum Deut. XVII. 16, tum nonnullae reprehensiones apud prophetas obviae (Is. II. 8; XXXVI. 8; Os. I. 7; Mich. V. 10). Ad illos adhibendos coacti licet aliquo modo, ut hostes talibus utentes profligarent, reprehenduntur tamen ideo quod confiderent iis, nec in Deo suo fiduciam ponerent. — De modo quo fuerint milites convocati, divisi et ordinati (*convocation*, *division* et *organisation* des troupes), de ducibus variis et nominibus quibusdam quae difficultatem creant, remittimus, tractationem coarctare coacti, ad varios auctores; cfr. opera modo cit. in nota.

Saepe autem ubi ad bellum accedebant, secum ferebant *Arcam*, fiduciae incitamentum, praesentiae Dei symbolum, protectionisque Ejus argumentum (3); quae consuetudo viguit usque ad templum exstructum. — Quamvis a pugnando *exempti* fuerint *sacerdotes et levitae*, exercitum tamen comitabantur nonnulli eorum, variis ministeriis et officiis perfuncti (4); qui mos perseveravit etiam ubi Arca, inde a templo exstructo, exercitum non jam comitabatur.

Antiquitus *suis sumptibus* ordinarie pugnabant omnes (I Reg. VII. 9; II Par. XX. 20); quandoque victu necessaria a regionis extraneae incolis exigebantur (Jud. VIII. 5-17), vel sponte concives necessaria offerebant (II Reg. XVII. 27 29; I Par. XII. 39-40). — *Stipendiis* igitur *non pugnabant;* re transacta, parte praedae contenti, domum redibant, consuetis officiis perfuncturi; ubi autum *exercitus permanentes* constituti sunt, victum et vesti-

(1) Cfr. Dict. de la Bible *Vigouroux*, ad vocem ARMÉE; *Idem*, la Bible et les découvertes modernes, t. III. 235 suiv.

(2) III Reg. X. 26; II Par. I. 14; IX. 25.

(3) Jos. VI. 6; I Reg. IV. 4; XIV. 18; II Reg. XI. 11; XV. 24.

(4) Num. X. 9; XXXI. 6; II Par. XIII. 12-14; XX. 21 sqq.

tum quidem milites receperunt, stipendia vero stricte dicta ad tempora Machabaeorum usque incognita fuisse videntur; quod et *de mercenariis* dictum volumus. Ante pugnam, clamantibus praeconibus, quaedam militum classes domum dimittebantur. Cfr. Deut. XX. 1-10; XXIV. 5; I Mach. III. 56.

Quid *ante urbis obsidionem* facere debuerint, legitur Deut. XX. 10-20 : quae ibi primo aspectu crudelitas adesse videtur, evanescit ubi inspiciuntur *adjuncta*, *temporis* praecipue, et apparet *jus belli mitius* fuisse apud Judaeos quam apud populos antiquos plerosque — *Erga Chananaeos* modo crudeliori se gesserunt, jubente Deo, qui talia statuit 1. in poenam populi illius pessimi, 2. in populi sui praeservationem (1). — Quid autem *durante obsidione* fuerit illicitum, ib. dicitur (cfr. *Becan.*, op. cit., cap. XVIII, q 2), item quid *victoria relata* faciendum. Si autem quandoque limites excessisse videntur Judaei (II Reg. XII. 31), hoc non Legi mosaicae sed eorum immanitati imputandum est, quamvis diffiteri non possimus hostes illorum quandoque omnigenis crudelitatibus has poenas abunde meruisse (Jud I. 7; II Reg. X. 4).

§ II. — De relationibus pacificis.

1. Commercio nullatenus favet lex mosaica; Moyses enim aequalitati *cuidam* inter Israelitas servandae, *relationibus* frequentibus cum finitimis populis *impediendis* studuit : qua in re, ejus sapientiam sub respectu *cum sociali tum religioso*, nullus est qui non miretur. Attamen antiquitus jam quaedam occurrunt commercii, praecipue sub Salomone (2), vestigia; post captivitatem autem frequentiora (3). Judaeos autem nunc in hoc negotio caput

(1) Cfr. *Vig.*, Man. bib. t. II, p. 22.

(2) III Reg. IX. 26-28; X. 11-22; II Par. I. 16-17; le grand commerce ne survécut pas à Salomon chez les Israélites. Le schisme paralysait les forces de la nation et interdisait les expéditions lointaines.

(3) « A l'éqoque évangélique... *les Juifs formaient des colonies* dans tous les centres commerciaux du monde romain et de la capitale elle-même. Ils s'y livraient surtout au négoce. C'est à ces Juifs que s'adresseront les Apôtres, et surtout Saint Paul, quand ils viendront apporter l'Evangile dans un pays. En parlant des voyages de Saint Paul, Saint Luc mentionne à plusieurs

tenere norunt omnes. — Quaenam autem importaverint et exportaverint, variis ex locis colligendum est (1).

II. Commercium *parvum* quod dicunt necessario exstitit, ut per se liquet; *medium commutationis* jam antiquitus *pecuniam* adhibuerunt; verum nummos cusos, quales nos habemus, tempore patriarcharum in usu nondum fuisse, colligitur ex Gen. XXIII 16, ubi Abraham pretium agri empti *ponderasse* legitur quadringentos siclos argenti *apud mercatores recepti* (juxta *hebr.* et *graec.*). *Ante captivitatem* babylonicam nulla certa nummi cusi judaici mentio occurrit : deinceps autem Judaei utebantur nummis populorum quibus successive subjecti fuerunt (Esdr. II. 69). « Numismata cudendi licentiam obtinuit ab Antiocho Sidete Pontifex Simon, anno 138 ante Christum » (*Lamy*, op. cit., p. 298).

Injustitiam et fraudem prohibent ante omnia Ex XX. 15-17, dein plura statuta circa stateram et pondera (Lev. XX 36; Prov XI. 1; XX 23; Eccli. XLII. 4. Praeterea ad praecavendos abusus, et ponderum ac mensurarum adulterationem praeveniendam, « Moyses eorum normas archetypicas in sanctuario servandas tradidit. Isti typi postea in templo hierosolymitano conservati fuerunt, ubi sacerdotes constituti leguntur (I Par. XXIII. 29) super omne pondus et mensuram » (*Idem, ib.*).

Integram adnectere historiam pecuniae apud Judaeos, nec volumus nec possumus; sola enumeratio operum quae de hoc negotio prodierunt, integram insumit paginam ; sufficiat breviter indicasse, juxta *Lamy*, ib. p. 297 sqq , praecipua pondera (simulque nummos), adjecto valore in moneta nostra.

	Fr. C.
Ghera, obolus in Vulgata $^1/_{20}$ sicli (Num. XVIII. 16) : . .	0,15
Beka, dimidium sicli :	1,50
Sekel, Siclus, stater = 4 drachmae = 15 grammae : . . .	3,00
Mane, Μνα, Mina = 100 sicli (III Reg. X. 17; II Par. IX. 16 juxta hebr.)	300,00

reprises des bateaux qui font le cabotage sur les côtes d'Asie-Mineure ou de Syrie, ou les transports commerciaux à travers la Méditerranée. Act. XX. 15; XXI. 3; XXVII. 2, 6, 9; XXXVIII. 11 » (*Vig.*, Dict. t. II, col. 886).

(1) III Reg. V; I Par. XIV. 1; Ezech. XXVII; Prov. XXXI. 24; Os. XII. 2.

		Fr. C.
Kikar, Talentum = 3000 sicl. (Ex. XXXVIII. 24-26) . . .		9000,00
Quesitha, Agnus in Vulg. (Gen. XXXIII. 19) : valor incertus.		
Darkemon, Daricus, nummus aureus Persarum.		18,51
Στατηρ *Stater*, nummus graecus, in N. T. idem ac siclus .		3,00
Δραχμα. *Drachma*, $^1/_4$ stateris		0,75
Δηναριον, *Denarius*, nummus argenteus Romanorum = $^1/_4$ sicli		0,75
Ασσαριον, *Assarius*, nummus aeneus Romanorum		0,03
Κοδραντης, *Quadrans*, nummus aeneus Romanorum . . .		0,01 $^1/_2$
Λεπτον, *Minutum*, nummus aeneus Graecorum = $^1/_2$ centesimi.		

De hac tabula notetur :

1. Valor ille pro fere omnibus approximativus tantum est; de ipso *siclo*, qui unitas est, non concordant : ita v. g. *Vigouroux*, Man. bibl., ponit fr. 2.83.

2. Valor *sicli* expressus supponit materiam esse *argentum*.

3. Quoad *minam* nonnulli valorem dimidio minorem, 50 tantum siclos assignant.

4. Valorem *assarii* non fr. 0.03, sed dimidium oboli (qui ipse $^1/_6$ drachmae erat), seu fr. 0.06 ad 0.07 fuisse putamus; *dipondium* = 2 assarii.

5. *Minuti* valorem esse $^1/_3$ quadrantis, seu $^3/_4$ contesimi, nonnulli contendunt.

6. *Darico* valorem nonnulli fr. 25 assignant : tanti aestimatur daricus in *British Museum* servatus.

III. *Mensuris* et *ponderibus* indigebant in commercio et in relationibus quotidianis : de *iis* mox dictum est; de *illis* modo breviter dicimus, tabulis e laudato auctore desumptis :

MENSURAE LONGITUDINIS.

Etsba, Digitus	0^m023
Tophah, Palmus = 4 dig., Exod. XXV. 25; III Reg. VII. 26; II Par. IV. 5	0^m093
Zereth, σπιθαμη ap. LXX. Palmus in Vulg. = 3 palm. = 12 dig.,	0^m28
Amma, Cubitus : = 2 zereth = 6 palm. = 24 dig.	0^m56
Kane, Calamus : = 6 cubit.	3^m36
Σταδιον, *Stadium*, mensura graeca a Judaeis adoptata.	216^m23
Iter Sabbati, 2,000 cubit. juxta Rabbinos	1120^m00

MENSURAE LIQUIDORUM.

Log, *Sextarius*, in Vulg., sex ova continens juxta Rabbinos	litr.	0,438
Hin.	»	6.46
Bath	»	31,54
Corus, 10 bathos continens (Ezech. XLV. 11)	»	315,34

MENSURAE ARIDORUM.

Komets, *Pugillus*, et *Cabus*, mensurae parvae.	
Gomor, in Vulg., 10a pars Ephae (Exod. XVI. 36).	3,154
Sea, *Satum* et *Modius*, in Vulg. : 3a pars Ephae juxta Rabbinos, Sesquimodius juxta Hieronymum	10,514
Epha, ejusdem mensurae ac Bathus (Ezech. XLV. 11).	31,54
Letheq, Corus dimidius	157,76
Corus	315,43
Satum, in N. T. : Modius cum dimidio	12,66
Modius romanus, 3a pars Amphorae	8 57

Nota iterum varios varium assignare valorem : ita de *batho* vide ubi de mari aeneo, cap. III (1).

§ III. — De temporis divisione.

Judaei tempus dividebant in dies, hebdomadas, menses et annos.

1. **Diem** sacrum et civilem *ab occasu* solis *ad occasum* sequentem computabant ; in diei naturalis luce diurna, distinguebant *mane*, *meridiem* et *vesperam*, quandoque vero *auroram*, *ortum solis*, *calorem diei* (hora 10), *meridiem*, *auram post meridiem*, *vesperam* (quae duplex erat, ut diximus ad Matth. XIV. 15). *Horarum* antiquitus quidem mentio occurrit (2), verum tempus quoddam breve, non vero stricte spatium 60 momentorum significatur.

(1) « Il faut se rappeler... que *l'exactitude* que nous sommes accoutumés à apporter dans les mesures *est absolument moderne* » (*Trochon*, op. cit., p. 471). — Similiter *Vigouroux*, Dict., ad vocem COUDÉE : « ... *Chez les anciens il ne faut pas chercher la précision des mesures modernes :* de là une certaine *divergence* entre les spécimens de mesure conservés jusqu'à nos jours et *entre les indications des auteurs* ». Ibi statuitur 2 fuisse cubitos, alterum majorem 0m525, minorem alterum 0m450. Cfr. ib., t. IV, col. 1041 sqq., ad vocem MESURE.

(2) Tob. XI. 14 ; XII. 22 ; Dan. IV. 16.

Porro *lucem diurnam*, inde a captivitate, ut censent multi, certe aetate Christi et Apostolorum, in *partes quattuor et horas duodecim* dividebant. *Prima* diei hora cum solis ortu incipiebat; *sexta* in meridie *duodecima* solis occasu absolvebatur (1). Nox autem antiquitus *in tres* (2), dein vero *in quattuor* (3) dividebatur *vigilias*: *sero*, *mediam noctem*, *gallicinium*, *mane*, et horas duodecim, quae ab occasu solis ad ejus ortum numerabantur. Inde patet vigilias et horas illas, quantumvis *aequales inter se*, *non* fuisse *aequales in se*, siquidem spatium diurnum dividendum hieme sit brevius, spatium vero nocturnum longius; aestate autem vice versa.

2. **Hebdomas** septem constabat diebus, quorum *ultimus sabbatum* (requies) appellabatur; alia significatione sabbatum significat tum *quodcumque festum*, tum nomine praecipuae partis toti imposito, *integram hebdomadam*. Dies hebdomadis, praeter septimum, nomina propria non habent in Bibliis, sed *prima* (una), *secunda*, etc. *sabbati* (hebdomadis) dicebantur (4). In Evangeliis tamen feria 6ª, propter rationem notam, *parasceve* vocatur.

3. **Menses** ante exilium nominibus non designabantur, sed numeris (*primo* mense, *secundo*...) distinguebantur (Gen. VII. 11; VIII. 4); vide tamen Ex. XIII. 4; III Reg. VI. 1, 37; VIII. 2; VI. 38, ubi nomina *Abib* (mois des épis), *Ziv* (mois des fleurs), *Ethanim* (mois des courants), *Bul* (mois des pluies) occurrunt. Postea omnes menses nomina obtinuerunt; mos tamen designandi illos numeris non prorsus obsolevit (5).

Sequuntur nomina mensium, juxta *Lamy*, op. cit., p. 301, comparatione approximativa (6) cum mensibus nostris adjecta:

Nisan, antea *Abib*, a neomenia Aprilis, Neh. II. 1.
Ziv, etiam *Jar* dictus, a neomenia Maii, III. Reg. 1.

(1) Matth. XX. 3, 5, 6; XXVII. 45-46; Joan. XI. 9; XIX. 14; Act. II. 15; III. 1.
(2) Ex. XIV. 24; Jud. VII. 19; Lament. II. 19.
(3) Marc. XIII. 35; Act. XXIII. 23.
(4) Marc. XVI. 2, 9; Luc. XXIV. 1; Joan. XX. 19; Act. XX. 7.
(5) Agg. I. 1; II. 1, 2; Zach. I. 1; Dan. X. 4, etc.
(6) « La comparaison ne peut être qu'approximative parce que le commencement du mois, étant le premier jour de la nouvelle lune, variait avec les années dans le calendrier Juif » (*Trochon*, op. cit., p. 480, not. 8).

Sivan, a neomenia Junii, Esth. VIII. 9.
Thammuz, a neomenia Julii.
Ab, a neomenia Augusti.
Elul, a neomenia Septembris, II. Esd. VI. 15.
Ethanim, recentius *Tisri*, a neomenia Octobris, III. Reg. VIII. 2.
Bul, recentius *Marhesvan*, a neomenia Novembris, III. Reg. VI. 38.
Cislev, in Vulg. *Casleu*, a neomenia Decembris, Zach. VII. 1.
Tebet, a neomenia Januarii, Esth. II. 16.
Sebat, a neomenia Februarii, Zach. I. 7.
Adar, a neomenia Martii, Esth. III. 7.

Menses porro *lunares* erant : cyclus autem lunaris est 29 dierum, 12 hor. 44' 2.9'' : inde alternatim 29 et 30 dies in mense computabant; menses priores (29 d.) *defectivi*, alii vero (30 d.) *pleni* vocabantur.

4. **Annus** igitur complectebatur duodecim menses lunares. Verum 12 menses tales 354 dies et aliquot momenta efficiunt, dum annus solaris ultra dies 365 complectitur. Quid fecerint ne annus hic lunaris ab anno solari nimium recederet vide in nota desumpta ex *Vig.*, dict., t. I, col. 638 ad 642 passim (1).

(1) « L'année des Hébreux était à la fois *lunaire* et *solaire; lunaire* parce qu'elle se composait de mois dont le début et la durée étaient réglés sur les phases de la lune; *solaire* parce qu'un procédé d'intercalation... ramenait la première lunaison, et par conséquent les suivantes, à coïncider avec la même saison de l'année, et ainsi avec la révolution solaire...

« Évaluer la durée exacte de l'année sur la révolution solaire, suppose des calculs astronomiques que l'on ne pouvait faire à l'origine. Le changement périodique des saisons se présentait comme un moyen facile de fixer une première division des temps au moins d'une façon approximative; et, comme le retour des saisons *dépend de la révolution solaire*, indirectement l'année se trouvait réglée sur le cours de cet astre. De plus les phases de la lune se succédant dans l'espace d'une trentaine de jours (en réalité 29 jours, 12 heures 44', 2.9") il fut aisé d'observer que ce *renouvellement des saisons prenait environ 12 lunes;* on avait là le principe de la division en 12 mois. Cependant on ne tarda pas à s'apercevoir que, si on ne comptait pour l'année que 12 lunaisons, on ne la commencerait plus à la même saison. Douze mois lunaires ne font en effet que 354 jours, 8 heures 48', 31.8", tandis que la révolution solaire qui règle le cours des saisons, ne s'accomplit qu'en 365 jours, 5 heures 48', 46.1"; la différence est donc presque de 11 jours. *Les exigences de la vie pastorale ou agricole* demandaient que la division de l'année ou l'ordre des mois fussent autant que possible maintenus en harmonie avec la marche des saisons... C'est par l'intercalation d'un 13e mois de 29 jours, c'est-à-dire, en laissant passer une lunaison de plus, que les Juifs, depuis longtemps à l'époque de Notre-

Josephus refert Judaeos *annum sacrum* a mense *Nisan*, juxta praeceptum Legis, *annum* vero *civilem* a mense *Tisri* incepisse. Verum alii dicunt distinctionem hanc antiquitus non exstitisse; fuisse autem introductam versus a. 300 ante Christum et ita quidem invaluisse ut post aliquot saecula putaverint morem hunc viguisse jam tempore Moysis et Exodi.

§ IV. — De constitutione.

« Forma regiminis apud Judaeos *theocratica* fuit. *Deus* enim unicus et supremus Israelitarum *rex* erat, totius nationis consensu electus, a quo omnis potestas, tam legislativa quam politica et judiciaria, sive immediate sive mediate defluebat et exercebatur. Quum Deus Israelitas sibi in populum peculiarem elegisset *ut veram Entis supremi notitiam religionemque cum promissione Salvatoris servarent*, multisque portentis per Moysen e servitute aegyptiaca eos liberasset, Ipse repetita declaratione se proprium ac unicum eorum Deum, regem, legislatorem ac judicem constituit... Israelitarum igitur *rex unicus* et *proprius* sed invisibilis erat *ipse Deus*, qui visibiliter per Moysen, Josue, judices, reges, prophetas, sacerdotes, eos successive direxit. Duce ergo invisibili Deo, varia fuit successivis temporibus humana reipublicae judaicae forma » *Lamy*, op cit., p. 320-321.

Regimen quod *patriarchale* vocari potest, sub quo caput tribus et paterfamilias quasi reguli sunt, fere immutatum et inconcussum perseveravit *usque ad reges electos*. Dividebatur populus in 12 tribus (in 13, tribu Levi computata); tribus dividebantur et subdividebantur, modo in nonnullis Scripturae locis indicato. Circa locutiones quibus illae divisio et subdivisio indicantur

---

Seigneur, arrivaient *à maintenir l'accord entre les saisons et l'année lunaire*, quand celle ci menaçait de demeurer trop en retard. Le dernier mois étant *Adar*, l'intercalaire s'appelait *Adar second*, *postérieur*, ou simplement, avec la conjonction, *Ve'Adar*. Cette intercalation devenait nécessaire *tantôt après deux ans et tantôt après trois ans*. C'était le président du Sanhédrin assisté de quelques collègues, trois au moins, sept au plus, qui décidaient, et souvent seulement vers la fin d'*Adar*, s'il y avait lieu de faire l'intercalation ».

difficultates occurrunt : remittimus ad auctores probatos in Ex. VI. 14; Num. I. 2 sqq.; XXV. 2; Jos. VII. 16-18, etc.

1. **Moyse** duce visibili constituto, existebat vinculum arctius inter varias tribus. « Fuit autem *Moyses Dei legatus et vicarius*, unicus Israelitarum *dux*, *legislator* ac *judex*, qui eos cum suprema auctoritate et *ad bellum ducebat* et *in pace dirigebat*... Moyse autem supremo totius nationis duce, duodecim tribus distinctae remanebant, habentes unaquaeque (Num. I-II; VII. 2) suum *praefectum* suosque *familiarum principes* » (*Lamy*, op. cit., p. 322). Quomodo et qua occasione Moyses semel et iterum in negotio arduo *judicandi* populum numerosum, eumdemque difficilem, versatilem et ad murmurandum pronum *ducendi*, *coadjutores semel et iterum nactus sit*, vide Ex. XVIII. 13-26 et Num. XI. 16-24.

2. Moysi suffectus est **Josue** qui populum ad terram Chanaan expugnandam duceret, illamque expugnatam populo divideret. Lege Josue librum.

3. **De Judicibus.** — Mortuo Josue, Israelitae sub eodem perseverante regimine, capitum scil. tribuum, principumque familiarum gubernatione, vixerunt, nisi quod Deus identidem nunc *Judices*, seu *salvatores* (II Esdr. IX. 27) excitavit, populum quandoque integrum, plerumque vero hujus partem, ab hostium oppressione liberaturos : *belli duces illi* nonnunquam, re feliciter transacta, potestatem magnam, pro sua peritia et populi consensu, consecuti sunt (1).

4. **De Regibus.** — Narratur I Reg. VIII quibus in adjunctis regem sibi postulaverint Judaei, postulantesque, renitente licet Samuele, perseveraverint, ita ut hic, jubente scil. Deo, eorum postulationi annuendum censuerit. « Reges... quidquid ad populi regimen spectat, per se vel per suos duces et magistratus gerebant, ut est bellum gerere, pacem componere, foedera inire, tributa imponere, statuta condere... ». Imo jus quoddam ipsos

(1) De Judicibus cfr. Intr. in l. Jud., et comm. in h. libr.; de epocha illa cfr. *Vig.*, La Sainte Bible et les déc. mod., t. III, p. 221-260. — Utiliter legeris *Becani* Anal. cap. XVII, q. 1 et 2; *Vig.* Dict., t. III. col. 1846 sqq.

habuisse in sacra, merito defenderis (1). « Inter praecipua regiae dignitatis attributa, *potestas judiciaria*, quam reges suprema cum auctoritate exercebant, recensebatur (I Reg. VIII. 5, 20; III. Reg. III. 16-28; VII. 8). Non solum autem immediate judicabant de *causis gravioribus*, puta, de rebellione, proditione et homicidio, sed *interdum* etiam *in rebus minoris momenti* admittebant litigatores qui, omissis judicibus inferioribus, ad tribunal regis provocabant, ut patet ex celebri Salomonis judicio (III Reg. III. 16-28). Interim tamen tribunalia in singulis civitatibus a Josue, juxta praescriptum Legis, constituta, suo munere defungi continuarunt usque ad captivitatem babylonicam. Regum historia narrat regem Josaphat sollicite curavisse ut in singulis civitatibus regni Judae et in Jerusalem tribunalia recte suo officio fungerentur (II Par. XIX. 5-11). Ubi reges ab officio deflectebant et cum populo ad idola se convertebant, a Deo per prophetas reprehensi, nisi resipiscerent, divinitus puniebantur » (*Lamy*, op cit., p. 323).

De *regum officiis* varia statuuntur : lege Deut. XVII. 16-20; cfr. *Becan.*, op. cit., cap. XVIII.

Jura regum colligenda esse ex iis quae Samuel, I Reg. VIII. 11-17, minitans et exponens *quid reges essent facturi*, protulit, immerito diceres. Diffitendum tamen non est quosdam quandoque hucusque processisse; sed hoc fecerunt limites jurium, ceteroquin sat amplorum, aperte transgressi, populorumque finitimorum reges imitati (2).

---

(1) Lege *Van Hoonacker*, Le sacerdoce lévitique..., p. 251 sqq. — « Dans l'organisation religieuse de la nation d'Israël, le service du culte ordinaire de Jahvé au sanctuaire national était l'apanage exclusif de la tribu de Lévi. Nous croyons dénués de toute valeur probante les arguments invoqués par les Grafiens pour établir l'aptitude absolue des laïques à offrir des sacrifices.

« Cependant, il faut, en cette matière, faire au Roi une place spéciale. En vertu même de sa dignité de chef suprême de la nation, il a une autorité réelle dans les cérémonies sacrées. Ces prérogatives ne sont d'ailleurs nullement opposées aux droits sacerdotaux tels qu'ils sont exposés dans la Loi. » (Thes. lovan. a. 1906).

(2) « Le roi n'était pas un monarque absolu. Il était avant tout *soumis à la loi*, dont il devait être le représentant auprès du peuple. Il était responsable envers la loi et par suite envers ses représentants, les prophètes. . Malheureusement les rois d'Israël *se modelèrent plus souvent sur les rois orien-*

Initio *tributa* non exigebantur; brevi tamen sub Davide et Salomone inceperunt exigi, tradita *tum re, tum pecunia*. Quanta autem populo imposuerit hic ad templum aedificandum, et quomodo onera nimia occasio fuerint schismatis, neminem, tantisper historiae sanctae gnarum, fugit.

5. « *Durante captivitate babylonica*, res Judaeorum valde turbatae fuerunt; suos tamen captivi habuerunt judices qui juxta Legem mosaïcam jus redderent, ut constat ex historia Susannae.

« *Soluta captivitate*, Judaei ducem habuerunt Zorobabelem et post eum summos sacerdotes usque ad Machabaeos. Durante nova hac regiminis forma, modo *Syris*, modo *Aegyptiis* tributarii fuerunt usque ad Joannem Hircanum, qui jugum plane excussit. Deinde Judaea *Romanis* subjecta fuit, a quibus modo *reges*, modo *procuratores* accepit et in provincias divisa fuit, usque dum, deletis funditus Jerosolymis, Judaei *per nationes dispergerentur*. Isti *procuratores romani*, praesidibus Syriae subjectis, in officio habebant ut seditiones compescerent, jus redderent, vectigalia et tributa (1) exigerent. Quod ut perficere valerent, sex militum cohortes ipsis praebebantur. Vectigalia exigebant *publicani* (2),

---

taux, leurs voisins, que sur les prescriptions de la loi, qu'ils devaient lire tous les jours de leur vie. Ils rendirent la justice d'une manière sommaire et abusèrent du droit de vie et de mort ..

« Le pouvoir des rois israélites n'était donc pas absolu, et l'obéissance des sujets n'était pas passive. Cette monarchie était tout à la fois *démocratique* et *théocratique* » (*Trochon*, op. cit., p. 491).

(1) Praeter tributum templo solvendum, scil. *didrachmam* seu 1/2 sicli, solvenda erant : « 1. *Impôts directs :* Il y en avait de deux sortes : l'impôt *foncier* qui atteignait le propriétaire du sol et se payait partie en nature et partie en argent, sans compter une redevance accessoire en nature pour l'entretien des troupes et de l'administration, et la capitation ou impôt *personnel* qui en Syrie, et par conséquent en Palestine, frappait les hommes de quatorze et les femmes de douze à soixante-cinq ans. — 2. *Impôts indirects* : ils comprenaient la *douane*, redevance de 2 1/2 % perçue sur les marchandises à l'entrée et à la sortie des circonscriptions douanières qui divisaient l'empire, et le *péage*, impôt qui était perçu sur les personnes et les choses dans les ports, sur les ponts, à certains endroits des routes, à l'entrée des villes; etc. » (*Lesetre*, op. cit. p. 59).

(2) « Publicanus (*publicum*, impôt public), graece τελώνης (a τέλος, *vectigal*, et ὠνέομαι, *emo, conduco*), gallice est *fermier d'un impôt public*.

« Romani scilicet equites, jus *publici* in certis provinciis percipiendi a

populo idcirco odiosi quia nimis rigorose in percipiendis vectigalibus se gerebant (1). Sub istis procuratoribus summi sacerdotes aliquam juris reddendi potestatem, non tamen damnandi ad mortem (Joan. XVIII. 31) servarunt (vide infra *de Synedrio*) Habebant etiam ad usum templi aliquam militum custodiam » (Matth. XXVII. 65). Ita *Lamy*, op. cit., p. 324.

§ V. — De legislatione.

I. — De jure civili.

1. **Servitus** jam diu vigebat ante Moysen (Gen. XIV. 14); perspiciens *se non posse* illam ubique terrarum receptam, eamdemque duram, ita ut tanquam *rem* habuerint *servum*, apud populum suum *abolere*, sapiens legislator conditionem servorum non uno modo *mitigare* studuit (Deut. XV. 12 17, etc.). — Sunt autem praescriptiones diversae prout servus est hebraeus vel peregrinus.

Hebraeus servus fieri poterat vendens se paupertate coactus (Lev. XXV. 39 47), vel venditus judicum sententia (Ex. XXII. 3). — Ut mercenarius potius quam ut servus tractandus erat, et *anno jubilaeo* cum suis liberis dimittebatur; quo privilegio peregrini et advenae incircumcisi non gaudebant (Lev. XXV. 39-53). — Alia lege statutum erat ut omnis servus origine Hebraeus *anno septimo servitutis* liber dimitteretur, concessis rebus necessariis (Ex. XXI. 2-3; Deut. XV. 12-14), et quidem cum uxore, si cum illa ingressus esset servitutum, sine illa, si durante servitute

---

fisco conducebant, indeque *publicani* dicebantur. Quo nomine pariter appellati sunt *portitores*, quorum operam in singulis locis ad *publicum* percipiendum equites romani adhibebant. Et hac altera appellationis notione publicanus in libris. N. T. dicitur » (*Liagre*, in Mat.), quidquid dicatur de voce hac in se spectata.

(1) « Viri hujusmodi Judaeis maxime *exosi* erant : tum quia Judaei *a vectigalibus extraneis solvendis* semper *abhorruere;* tum quia publicani *societatem* inibant *cum Romanis*, quorum imperium Judaei aegre ferebant; tum demum quia plurimi illorum, avari et rapaces, fraude, vi aut metu plus quam legibus constitutum esset in suum commodum *extorquere solebant.* Hinc *infames habiti*, peccatoribus publicis annumerari, quin imo ethnicis assimilari consueverant « (*Liagre*, ib.).

uxorem ab hero accepisset : quo casu etiam pueri erant heri Sin autem prae uxoris et puerorum amore, et conditione contentus, servitutis statum non relinquere cuperet, *auris ei subula perforanda erat*, in signum servitutis perpetuae (Ex. XXI. 4-6; Deut. XV. 16-17) An talis *servus in perpetuum*, ut Scriptura dicit, fuerit manumissus in jubilaeo, non constat : Josephus affirmative respondet, potestque dici certe haec interpretatio decursu temporis praevaluisse. — Quid in casu *occisionis* servi, aut *vulnerationis* faciendum, dicitur Ex. XXI. 20 21 et 26-27. — Sin autem *extranei* in Palaestina degentis *servus factus esset Hebraeus*, omni momento, juxta statuta Lev. XXV. 47-55, redimi poterat. — Eaedem fere de ancillis leges erant. — De filia a patre vendita vide Ex. XXI. 7-11. — *De servis extraneis* leges paululum immitiores erant. Cfr. *Vig.*, Dict., t. II, col. 1918-1927.

Pretium servi (Ex XXI. 32) erat 30 siclorum. Ut domini proprietas habebatur; verum illum injuste tractare aut occidere Lex prohibebat; in memoriam vocans servitutem aegyptiacam, ad humanitatem hortabatur (Deut. XV. 15; XVI. 12).

Ex illis summatim dictis, et quibusdam aliis passim obviis circa servos, liquet quantum leges mosaicae in hoc negotio legibus servitutis apud Graecos etiam et Romanos vigentibus humanitate praestiterint.

2. **Possessionis existentiam** et stabilitatem in tuto collocare sapientis legislatoris est (1). Apud Judaeos singulae tribus suam habebant provinciam, hujusque singulae personae singulas partes possidebant *modo inalienabili*, hoc sensu quod semper *anno jubilaeo* agri ad pristinos possessores redibant gratuito, ita ut emptor agri usumfructum tantum habuerit per certum annorum numerum; attamen jubilaeum exspectare non tenebantur venditores, sed *semper agrum redimere* (quod et de domibus in agro sitis valet) poterant, restituto pretio integro, si statim redemptio

(1) « D'après les calculs divers qui ont été faits, chacun reçut en moyenne de six à dix hectares de terrain; toutefois comme les limites réelles du pays conquis par les Israélites sont fort mal connues, nous sommes hors d'état de nous rendre compte avec certitude de la superficie moyenne de terre qui fut répartie à chaque tribu et a chaque membre des 12 tribus » (*Vig.* Dict., t. I. col. 281).

fieret; sin autem post aliquod tempus, parte pretii deducta, pro numero annorum qui effluxerant inde a venditione. Domus autem sitae intra muros urbis, nisi infra annum redimerentur, erant emptoris in perpetuum (Lev. XXV. 29-30); de *possessionibus* vero *Levitarum* legislatio diversa est (ib. 32-34).

3. **Heredes** parentum erant *filii* : *primogenitus* porro *duplicem hereditatis partem* obtinebat (Deut. XXI. 17), quod Rabbini, stricte interpretantes, ad bona materna non extendunt (1); *filiae* vero heredes non erant praeterquam in casu quo pater absque filiis e vita migrasset : quod colligitur ex Num. XXVII 8 sqq., ubi invenies ordinem heredum, in casu quo nec filii nec filiae essent. Patresfamilias aliquem in filium heredem *adoptare* potuisse ex variis Scripturae locis colligunt nonnulli, quod aliis displicet dicentibus Hebraeis *incognitam* fuisse *adoptionem strictam juridicam*, ad quam designandam voce caret lingua; Ex. II. 10; Esth II. 7, 15 *adoptare* vertit Vulgata sed non recte; nec Gen. XLVIII. 5 adoptio est, sed *translatio juris primogeniturae;* nec in lege Leviratus stricta datur adoptio.

Mutuum commendat lex ut eleemosynam (Deut. XV. 7-10), illudque *absque* auctario seu *usura* (exceptis extraneis, ib. 6; XXIII. 20) dare praescribit (2). — In *pignus* varias res accipere poterant, *excepta tamen mola* (Deut. XXIV. 6); de *pallio* pignore, pag 61 dictum.

Possessionum protectio non modo VII Decalogi praecepto, sed et pluribus assecurabatur statutis, spectantibus *praecipue rem agrariam et agricolas :* cfr. Ex. XXI. 33-36; XXII. 4, 5, 12; varia statuta *de commodato* habes ib. XXII. 7-13; alia alibi passim.

Operariorum cura, accurata et tempestiva (ante solis occasum) *mercedis* seu *salarii* solutio legislatori cordi fuit (Lev. XIX. 13; Deut. XXIV. 14 15); *pauperes* vero non modo benefi-

(1) Praeter hanc praerogativam nonnulli et aliam agnoscunt primogenitis, ut scil. *fungerentur* antiquitus *officio sacerdotali;* cui opinioni favet Ex. XIX. 22-24 coll. XXIV 5, simulque traditio judaica et christiana (huic tamen contradicunt quidam); tandem *auctoritatem quasi paternam* habebant in fratres et sorores. (Cfr. *Vig.*, Dict., t. I, col. 317 sqq.).

(2) Ex. XXII. 24; Lev. XXV. 36-37; Deut. XXIII. 19-20.

centiae commendat (Deut. XV. 8. 10, 11), oppressionem contemptumque illorum prohibet (Lev. XIX 16; Deut. I. 17 etc); verum sponte germinantia durante anno sabbatico (Lev. XXV. 6 , spicas decidentes tempore messis, manipulum oblivione in agro relictum, partem messis a metente in agro relinquendam ipsis concedit (Lev. XIX. 9, 10 hebr.). Cfr. *Vig.*, Dict. ad vocem *aumône*. — Haec si perpendantur, si consideretur pulcherrima, de qua modo diximus, Moysis circa possessiones legislatio, patebit pauperes *miseria extrema* oppressos, quales alibi erant, qualesque nos quandoque lugentes conspicimus, apud Judaeos fuisse rarissimos.

II. — De tribunalibus.

Durante commoratione in Aegypto, judicibus constitutis caruit populus : ipsi *seniores* hoc munere fungebantur. In deserto Moyses, causis onustus, sibi auxiliatores adjunxit, ut pag. 88 dictum est : ipse vero *difficiliora* sibi reservabat judicanda. Postea « statuit ut postquam Israelitae in terram Chanaan ingressi essent, *ad portas* singularum civitatum (ubi et merces venum exponebantur, contractus inibantur, etc.) judices ac magistratus constituerentur, qui causas intra limites territorii urbis exsurgentes judicarent, referrent autem ad supremum tribunal causas difficiliores » (*Lamy*, op. cit., p. 325 . Lege Deut. XVI. 18-XVII. 13, adhibito commentario — Nec numerus judicum, nec modus quo fuerint constituti definiuntur; seniores probabiliter sumebantur.

« *Doctores Judaei* tradunt trium generum consessus judiciales apud Judaeos viguisse, minimum *tribus*, medium *viginti tribus*, supremum *uno et septuaginta* judicibus constantem. — Consessus *trium judicum* in eis sedebat urbibus ubi numerus patrumfamilias centum viginti non excedebat. Hisce judicibus causae leviores et ea solum delicta judicanda committebantur, quae flagro tantum aut mulcta pecuniaria plectenda erant. — Consessus *viginti trium judicum* in civitatibus numerosioribus sedebat, et quascumque causas etiam capitales judicabat. Sententia statim ac lata erat executioni mandabatur, absque recursu ad supremum tribunal. Lex enim mosaica *appellationes* proprie dictas a sententia

judicis inferioris ad superiorem non agnoscit (1). — Si quae tamen causa difficilior reperiebatur, ad supremum tribunal deferenda erat, antequam sententia lata fuisset. Hujusmodi tribunalia duo Jerosolymis exstabant, unum ad montem templi, alterum ad atrium templi » (*Idem*, op. cit., p 326).

Synedrium, Judaeorum *tribunal supremum*, ad tempus Machabaeorum, vel *dominationis graecae*, referendum esse constat *ipsa voce*, *silentio librorum historicorum* et *propheticorum*, qui, ubi de *judiciis* et *judicibus* loquuntur, ne verbulum quidem de tali tribunali habent. Opinio igitur quae originem Synedrii repetit a 70 senioribus a Moyse constitutis (Num. XI. 14 29) hodiedum ab omnibus fere, et merito quidem, rejicitur.

Istud tribunal in conclave templi, quod *caesi lapidis* (2) vocabatur, erectum (3), circa ultima tempora in alium locum translatum (vide *Knab.*, in Matth. XXVI. 3), 71 judicibus constabat, e quibus *princeps*, hebraice *Nasi*, ceteris praesidebat. Synedrio praeesse *plerumque* Pontificis erat (alii dicunt *semper;* cfr. *Réville*, op cit., p. 187, not.) Synedrii judices semicirculi speciem efformabant, in cujus medio sedebat *Nasi* seu princeps.

Qua ex *triplici personarum classe* fuerint Synedrii membra desumpta, ad Matth. II. 4 diximus. — De *causis* autem *omnibus* sententiam ferre poterat, imo quaedam graviora crimina ipsi soli judicanda reservabantur, uti sunt idololatria totius tribus totius aut partis civitatis, causa spectans falsum prophetam aut Pontificem, defectus arcentes a sacerdotio, verbo, causae omnes difficiliores tum religiosae cum civiles et politicae.

Ad quaestionem autem quousque *jurisdictio ejus*, *tempore*

(1) « Ne nous étonnons pas que la législation mosaïque ignore l'appel proprement dit. Cette idée de l'appel, qui nous paraît si simple aujourd'hui, parce qu'elle est universelle, ne s'est développée que peu à peu dans la suite des âges » (*Vig.*, Dict., t. I, col. 789).

(2) « La salle en pierre taillée (*le Gazith*) située entre le parvis des prêtres et celui des Israélites » (*Fouard*, S. Paul, ses missions, p. 424, not. 2).

(3) Tribunal quandoque in domum Summi Pontificis convenisse ex Matth. XXVI. 3 eruitur. « C'est parce que le temple ne s'ouvrait pas pendant la nuit que Notre-Seigneur fut jugé par le Sanhédrin dans le palais de Caïphe » (*Lesêtre*, op. cit. p. 55).

Christi, se extenderit, non unum est doctorum responsum : *certe* jus erat ipsi causas capitales *cognoscendi, saltem praevio modo* (en première instance), quando crimen religiosum agebatur, quod ad normam legis mosaicae judicandum erat; imo *juxta nonnullos*, aliis negantibus, *capitis poenam* in aliquem decernere poterat, ut in causa Christi factum est; verum ad Procuratorem spectabat reum *iterum audire*, sententiam a Synedrio latam *confirmare vel rescindere*, ac tandem supremum cuipiam *irrogare supplicium* (Joan. XVIII. 31).

Ad portas civitatum, ut pag. 94 dictum est, antiquitus judicia habita fuisse, ex multis locis colligitur (1). — *Mane* autem judices convenire solebant; quod Scriptura testatur (2), et ex regionis indole seu climate fervente nemini non naturale videbitur.

Varias autem *commendationes judicibus* factas reperies Ex. XXIII 6-9; Deut. I. 16-17; XVI. 18-20, etc.

Juxta consuetudinem orientalem, *procedebatur* modo simplici et summario. *Testes duos* aut *tres* necessarios fuisse Scriptura dicit (Num. XXXV. 30; Deut. XVII. 6). Testi mendaci reddebatur *sicut fratri suo facere cogitavit* (Deut. XIX. 16 21) Deficientibus testibus, juramentum reo deferebatur (Ex. XXII. 10-11).

III. — De delictis et poenis.

1. **De delictis.** — 1. Varia *contra religionem* crimina, ut *idololatria* personarum (Deut. XVII 2 7), vel totius civitatis (ib. XIII. 13-18), ad hanc *excitatio* (ib. 6 12), *blasphemia* (Lev. XXIV. 10-16), *magia* (ib. XX. 6), gravissimis poenis puniebantur, ut ex locis indicatis eruitur.

2. De delictis *contra mores* varia statuuntur. Supra, p. 53 55, dictum est de poena *adulterii*, de *seductione non desponsatae* vel *desponsatae*, et de *desponsatae ac non desponsatae vi oppressione*. — Porro *incestus* (Lev. XX. 10-21), *sodomiae* (ib. 13), *bestialitatis* (ib. 15-16) rei gravibus poenis afficiebantur, ut locis indicatis

---

(1) Ruth. IV. 1 sqq.; Job XXIX. 7; Prov. XXIV. 7; Am. V. 10, 15.
(2) II Reg. XV. 2; Ps. C. 8; Jer. XXI. 12.

videre est. — De *scortatione* dicendum illam utique fuisse VI praecepto et Lege (Deut. XXIII. 17) *prohibitam;* fuisse autem *toleratam*, seu poenam corporalem contra ipsam non fuisse statutam : quod colligitur ex dictis *de matrimoniis sacerdotum* (pag. 49), ex III Reg. III. 16 28, ubi *de notissimo Salomonis judicio*, et ex eo quod *merces prostibuli* (Deut. XXIII. 18) offerri prohiberetur; idem dic de *fornicatione simplici* Ex. XXII. 16-17; Deut XXII. 28-29). *Fornicaria tamen filia sacerdotis* flammis tradebatur (Lev. XXI. 9). — De *meretricio sacro*, vide ib. XIX 29, ubi *hoc praecipue* intelligitur, et Deut. XXIII. 17, ubi *de prostitutione sacra* utriusque sexus (1). — *Fornicationis* nomine, apud Prophetas praecipue, *idololatriam* designari novimus : unio enim Deum inter et populum sub imagine *connubii spiritualis* exhibetur.

3. De injuriis *in bona corporis*. — *Homicida voluntarius* (Ex. XXI. 12) capitis poenam incurrebat; vide Ex. XXII 2-3; Num. XXXV. 16. sqq. ; Deut. XIX. 4 5 (2). De occisione et laesione *servi* pag. 92 dictum est. — De *percussione mulieris praegnantis* quae inter viros rixantes intervenit, cfr. Ex. XXI. 22-23, ubi duplex casus distinguitur. — De *vulneribus in rixa* inflictis ib. 18-19 : vulnerans *operas vulnerati* (lucrum cessans) et *impensas in medicos* (damnum emergens) solvere tenebatur. — De *animali vulnerante* vide ib. 28-32.

4. De injuriis *in bona fortunae*. — *De bove vel asino in cisternam*, quam quis aperuit, *cadente*, statuit Ex. XXI. 33-34 : *reddet dominus cisternae pretium jumentorum; quod autem mortuum est, ipsius erit*. — De *bove bovem* alterius *vulnerante* vide duplicem casum, ib. 35-36. — De *bove furto capto* et jam mactato aut vendito : reddet fur *quinque* boves; de *ove capta* et vendita aut mac-

(1) Fornicationem decursu temporis, ob nefastum finitimorum populorum influxum, frequentem fuisse ex nonnullis locis merito collegeris (III Reg. XI. 1-8; XIV. 24; Jer. V. 8; Os. IV. 2; Ez. XV. 23 29 : haec tamen Ez. nonnulli de idololatria sumunt); nec defuerit *meretricium sacrum* (IV. Reg. XXIII. 7).

(2) Quid praescriptum fuerit ubi occisi hominis cadaver inveniebatur, latebat autem occisor, dicitur Deut. XXI. 1-9. « Toutes ces cérémonies avaient pour but d'inspirer aux Israélites une profonde horreur de l'homicide » (*Vig.*, Dict., t. III. col. 712).

tata : reddet *quattuor* (Ex. XXII. 1); si non potest restituere, ipse venumdatur (ib. 3); si animal adhuc *apud furem invenitur*, hic reddet *duplum :* minor poena statuitur quia supponitur futura vel possibilis resipiscentia (ib. 4). — *Depositum* si quis sibi velit appropriare vel *rem inventam*, restituet, quintam partem addet, et sacrificium offeret (Lev. VI. 1 sqq.). — *Damnum in agro vel vinea per animal* causatum, resarciendum praescribit Ex. XXII. 5. Ib. 6 dicitur de *igne fruges* incendente. — Omnes utique casus non referuntur, et haec pauca indubie *instar regulae* haberi debebant in difficultatibus et contestationibus exortis.

Appendix I. — *De lege talionis.* Non desunt qui existiment Moysen legem talionis in toto suo rigore admisisse (1). Verum recentioribus pluribus videtur potius dicendum verbis l. ind. obviis, seu *sub forma illius legis*, Moysen judicibus proposuisse *regulam juris*, laedentem scil. pati debere poenam injuriae proportionatam; legem vero talionis consistere non posse cum Moysis sapientia. – Prioris sententiae patroni dicunt applicationem legis pependisse a judicibus, poenamque potuisse redimi pecunia tanta quanti vulnus inflictum a judicibus aestimaretur, et ita plerumque decursu autem temporis semper factum fuisse.

Appendix II. – *De homicidii vindicta et civitatibus refugii.* Antiquitus exstitit apud plures populos, et viget etiamnum apud Arabes aliasque gentes Orientis (2), consuetudo ut cognati occi-

---

(1) Vide Ex. XXI. 23-25; Lev. XXIV. 19-20; Deut. XIX. 21, addito commentario.

(2) « Un autre point, très caractéristique des usages nomades, c'est la vengeance du sang. Chez les Bédouins, le soin de punir les meurtres et les assassinats appartient à chaque famille. Cela ne regarde pas l'autorité. Quand la famille est trop faible, elle cherche un vengeur. Voici comment cela se passe aujourd'hui au delà du Jourdain... : En pleine assemblée, pendant que tous les Arabes réunis autour du cheikh, tranquillement assis sur leurs talons, écoutent le récit d'une razzia on discutent, la fille du cheikh se présente, une tasse de café à la main, et désignant l'assassin par son nom, dit à haute voix : « Qui boira la tasse de café d'un tel ? » Il se fait un profond silence. Le plus souvent quelqu'un se lève et dit : « Moi, je la boirai. » La jeune fille lui tend la tasse de café qu'il avale. Il devient le vengeur, il est obligé de tuer l'assassin, sous peine d'être couvert d'opprobre » (*Lagrange*, La méthode historique .., p. 180-181).

sionem vindicaret propinquior consanguineus (*ultor sanguinis*), occisori necem inferendo; imo ut officium habebatur a quo absque infamiae nota subducere se non poterant.

Nemo non videt quanta incommoda nata sint sequi ex tali consuetudine : quam extirpare se non posse cum perspiceret Moyses, sapientissime *abusus refrenare* et *incommoda praecavere* studuit, *constitutis civitatibus sex refugii* (Deut. XIX. 2, 9; Jos. XX. 7 8), quarum tres : *Cedes*, *Sichem*, *Hebron*, cis, tres vero : *Gaulon*, *Ramoth-Galaad*, *Bosor*, trans Jordanem erant, omnes aequali spatio distantes, ut citius, ubicumque fuerit patratum homicidium, ad unam ex illis pervenire occisor posset (Deut. XIX. 6-7). Viae ad illas diligenter sterni debebant (ib. 3).

Homicida igitur ad talem civitatem confugiens, audiebatur a *senioribus* : si reus esset, tradebatur *ultori* (ib. 12); sin vero innocens seu involuntarie egisse agnosceretur, suscipiebatur, et usque ad mortem summi pontificis (1) ibi commorabatur; si ante hoc tempus extra civitatem inveniretur, ab *ultore sanguinis* occidi poterat. Vide loca indicata, adjecto commentario : putant enim nonnulli judicium hoc fuisse tantum *praevium*, sine praejudicio causae examinandae *in civitate delicti*, seu *delinquentis*.

De *asylo altaris* vide Ex. XXI. 14; III Reg. II. 28 sqq.

II. **De poenis.** — 1. *Lapidatio*, poena gravissima, qua nonnulli delinquentes, ut ex locis supra citatis colligitur, afficiebantur, in *Mischna* (2) sic describitur . « Locus lapidationis altus

(1) *Quare* ille terminus assignetur, quidque id *symbolice* significet exponant auctores ad Num. XXXV. 25.

(2) « Le mot hébreu... signifie « redoublement ». Les Pères le traduisent par δευτέρωσις .. Ils donnent aux auteurs de la *Mischna* le nom de δευτερωταί... S. Jérôme indique en ces termes l'objet de la *Mischna* : « Lorsqu'à certains jours ils exposent leurs traditions à leurs disciples, on a coutume de dire : οἱ σοφοὶ δευτερῶσιν, c'est-à-dire les sages enseignent leurs traditions » ... La *Mischna* est donc, par opposition avec la loi écrite dans les livres sacrés, la « *répétition* » *orale de la loi traditionnelle*, telle que les Docteurs l'enseignaient à leurs disciples... Cet enseignement n'était qu'un développement, par les docteurs des lois mosaïques qu'il fallait expliquer et accommoder aux divers cas possibles. La Mischna considérait la loi comme objet d'enseignement théorique, ce qui la distinguait de la *Halacha*, qui visait plus spécialement l'application pratique » *Dict.* bibl., t. IV, col. 1127). Ib. postquam dictum est de *divisione* et de *auctoribus*, exponitur quomodo illam

erat geminam staturam hominis. Ex testibus unus reum inde detrudebat ita ut in lumbos caderet. Si ex hoc casu mortuus erat, poenas luerat; si vero non, alter testium sustollebat lapidem eumque in pectus ejus dabat; quod si adhuc spiraret, omnis populus lapidibus eum obruebat » (*Lamy*, op cit., p. 328).

2. *Ignis* supplicio, *simul cum eis*, afficiebatur qui filiam ejusque matrem uxores duxerat; item filia sacerdotis fornicaria (1).

3. *Decollatio* inter poenas non recensetur : post captivitatem viguit. Idem dic de *strangulatione*. Cadavera in opprobrii incrementum, usque ad vesperam patibulo appendebantur (2).

4. *De flagellatione*. — Ad hanc poenam damnatus, ait *Lamy*, op. cit., p. 330, juxta Legem mosaicam (Deut. XXV. 2-3), pronus in terram sternebatur, et, praesente judice, ad summum *quadraginta* (Deut. l. c.) ictibus caedebatur », quem numerum ne excederent, 39 tantum dabant (II Cor. XI. 24). Putamus autem poenam illam mosaicam non esse flagellationem, sed verberationem (*la bastonnade*). Saepe infligebatur, nec infamiae notam inurebat verberato. Vid. *Vig.*, *Dict.*, t. II, col. 2281, et ad *Bastonnade*.

Flagellationem, cujus prima mentio II Mach VII. 1. occurrit, sub influxu Graecorum et praecipue Romanorum introductam et verberationi substitutam, mediante flagro vel flagello (3) peragebant : *unus ictus cum pro tribus* computaretur, 13 tantum infligebant

---

saepe majoris fecerint ipsa Lege, quomodo minuta et arbitraria contineat et pergitur, col. 1130 : « Bien des minuties, sans doute, sont de date relativement récente, et bien des décisions représentent des opinions particulières plutôt que des traditions autorisées. « Bien que la Mischna soit plus épurée » que la *Gémara*, qui en est le commentaire, « les passages de l'Ecriture n'y sont guère souvent expliqués selon le sens littéral. On les a accommodés aux préjugés de la tradition pour autoriser les décisions de leurs docteurs ». R. Simon, *Hist. crit. du Vieux Testament*, Amsterdam, 1685, p. 372. »

(1) Lev. XX. 14; XXI. 9.

(2) Jos. VIII. 29; X. 26; II Reg. IV. 12; Num. XXV. 4-5.

(3) « Le *flagrum*, était un fouet de cordes ou de lanières assez grosses, quelquefois armées d'osselets ou de boules de métal. Le *flagellum*, diminutif du *flagrum*, était cependant plus terrible, parce que, formé de lanières plus minces et plus tranchantes, quoique non muni d'osselets ni de plombs, il entrait dans la chair et la déchirait quand on le retirait brusquement » (*Vig.*, Dict., t. II, col. 2331).

bant. Flagellandus, vestibus nudatus, manibusque columnae (1) parum altae alligatus, pronus stabat, dorsum ictibus praebens. Apud Romanos *flagello servus*, *civis* vero *virgis* caedebatur (Act. Ap. XVI. 22; XXII. 24 sqq.; cfr. II Cor. XI 25). Numerus ictuum apud illos non restringebatur.

5. *Incarceratio* inter poenas Legis mosaicae non habetur. In duobus quidem casibus (2) mentio fit incarcerationis : sed tantum donec judices de delicto statuant, reus carceri custodiendus traditur. Idem dicendum de plerisque incarcerationibus quarum mentio fit in N. T. (Matth. V. 25; Act. V. 18; XII. 4).

6. *Mulctas*, sensu *stricto* et *juridico*, non agnoscere videtur Lex, quippe quae nullibi statuat aliquid pecuniae *fisco* solvendum : uno in loco (Lev. V. 15 16) aliquid praescribitur quod cum mulcta affinitatem habet. Reliqua sunt potius *damni reparationes*. Vide pag. 97-98, de injuriis in bona corporis et fortunae.

7. *De crucifixione*. Praeter illa quae *in Matthaeum* XXVII. 35 de *cruce* et *crucifixione* summatim disputavimus, quaeque huc translata volumus, sint pauca sequentia : *crucis supplicium antiquitus apud Judaeos adhibitum fuisse, non admittimus*, de illa nihil in Lege : locutiones quae talem suspicionem ingerere possent, de *suspensione cadaveris* in patibulo interpretamur. Posteriore tempore, sub Romanorum dominatione, in usu fuit, ita tamen ut *civis romanus* hoc supplicio *non* potuerit affici, illudque reservaretur furibus et malefactoribus.

CAPUT III. — DE ANTIQUITATIBUS SACRIS.

Hanc nostram tractationem coarctamus nostra facientes verba quae *Lamy*, (op. cit., p. 335), de iis acturus, praemittit : « Nomine Antiquitatum sacrarum *sensu latiori* ea omnia veniunt quae spectant religionis judaicae historiam, dogmata, praecepta mo-

(1) Ubi de Christi flagellatione, columnae mentionem non faciunt Evangelistae; verum antiquissima traditio de illa testatur : insignis haec reliquia *in ecclesia S. Praxedis* Romae quam religiosissime asservatur.

(2) Lev. XXIV. 12; Num. XV. 34.

ralia et instituta positiva; *strictiori* autem *sensu* ad Antiquitates sacras ea tantummodo referuntur quae formam constituunt cultus externi et ad *quattuor capita* revocari possunt: nempe *ad loca, tempora, personas* et *res sacras...* »

Non diffitemur quidem utilissima esse quae praetermittimus; imo quaedam, v. g. de Hebraeorum monotheismo, de sacrificiis humanis, de excelsis, de unitate loci cultus, talia esse contendimus quae specialem tractatum mereantur.

Praetermissis licet temporibus antiquis et relicta tractatione de Noe arca egresso et altare erigente, de patriarchis sacrificia offerentibus in locis divina apparitione sanctificatis, sint tamen, spectato rei momento, sequentia : cultus cum sit exterior forma religionis, huic naturaliter adaptatur Mirum itaque non est si apud populum, qui ab initio fidem monotheisticam possidere reperitur, unicus *cultus publici* locus ceu legitimus habitus fuerit, juxta principium hoc : *Unus Jahveh, unum sanctuarium publicum* Rationalistae et signanter schola Graff Wellhausen, memoratum principium admittunt quidem, verum, rati monotheismum israeliticum nonnisi recentiori tempore, per longiorem religionis *evolutionem* sub influxu prophetarum natum esse, sanctuarii unici institutionem ad tempus postmosaicum, id est ad saec. VII sub rege Josia, referunt

Cui sententiae prophetae antiquiores, scil. saec. VIII, Amos, Osee, Michaeas et Isaias manifeste contradicunt. Unanimi enim ore proclamant *Sion* et hanc solam *centrum* esse cultus legitimi (Is. IV. 5; XXXIII. 20 sqq.), huc confluere populos Jahveh *adoraturos* (Mich IV), inde Jahveh edere *oracula* (Amos I. 2, Mich. I. 2, V. 4 sqq ; Is. II. 2 sqq), Samariam, centrum cultus schismatici, scelus Jacob appellant, *bamoth* condemnant quia et quatenus cultus publici aut idololatrici centra (Amos VIII 14; Mich. I. 5 sqq. ; Is. XVII. 8). Non est itaque audiendus Wellhausen contendens Sion, cujus momentum adeo extollunt prophetae, hic sumi pro ipsa urbe sancta et hanc considerari ut centrum regni politici : recensiti enim caracteres sunt *ordinis exclusive religiosi* et cum domo Jahveh, in Sion fundata, stricte cohaerent.

Quae ad labefactandam doctrinam hanc proferuntur Pentateuchi loca facile explicantur si prae oculis habeatur praeter cultum

publicum sacerdotibus et levitis reservatum, plura, puta mactationem animalium (quorum adeps et sanguis semper erant Dei), apud Judaeos habuisse caracterem plus minus religiosum : hoc enim posito, religiosas praescriptiones circa privatas a laicis factas immolationes, et existentiam altarium privatorum cum unitate sanctuarii posse stare, statim intelligitur. Cujus rei exemplum praeclarum exhibet dispositionum codex Ex XX-XXIII : dum enim XX. 26 supponitur etiam laicis facultatem esse mactandi animantia ritu quodam religioso, nihilominus XXIII 14, (coll. XXIV. 23, 24), Israelitis imponitur officium ter singulis annis adeundi domum Jahveh.

Juxta haec, cultus publicus (nationalis, officialis) seu sacerdotalis, cum domo Jahveh indissolubiliter connectitur. Domus Jahveh prius identificata est cum tabernaculo a Moyse jussu Dei in deserto Sinai constructo; dein cum templo Salomonis : ad quorum descriptionem accuratam jam acceditur (1).

§ I. — De locis sacris.

I. — De Tabernaculo ejusque supellectili.

Tabernaculum (Ex. XXVI; XXXV. 8-13) mobile seu portatile confectum est juxta formam ab ipso Deo delineatam; erat *longum* triginta cubitos, *latum* decem, *altum* decem. Ad aquilonem et meridiem *viginti* habebat *tabulas*, latas 1 $^1/_2$ cubitum, e lignis *setim* confectas; ad occidentem similiter tabulae erant; *ad orientem*, ubi patebat ingressus, erant *quinque columnae* quae sustentabant trabem, e qua pendebat velum usque ad medium columnarum (vide fig. 22 pag. 105 positam).

Tabulae illae, intus deauratae, sustentabantur *basibus argenteis*, et cohaerebant tum per *incastraturas*, tum mediantibus vectibus (e lignis *setim*), per annulos, tabulis in quinque locis haerentes, transmissis (Vide fig. 21).

Tegumentum tabernaculi erat quadruplex : *primum* seu interius erat e bysso mira arte quadruplici colore, elaboratum;

(1) Quam utilissime legeris *Van Hoonacker*, « Le lieu du culte... » p. 5 sqq.; « Le sacerdoce lévitique », p. 9 sqq., utrumque supra citatum.

secundum e pellibus caprinis; *tertium* e pellibus arietum rubricatis; *quartum* e pellibus ianthinis seu vaccarum marinarum (des peaux d'une espèce de veau marin ou de dugong).

Tabernaculum divisum erat in duas partes : *Sanctum* seu *Sanctuarium* et *Sanctum Sanctorum* seu *Sanctissimum*. Pars prior, Sanctum, erat 20 cubitos longum; altera decem : separabantur




Fig. 21.

velo appenso quattuor columnis e ligno setim, basibus argenteis sustentatis, et auro obductis.

In Sancto erant : 1. ad latus septentrionale seu ad dextram ingredientis (siquidem ingressus a parte orientis erat) *mensa panum propositionis;* 2. ex adverso, ad meridiem seu sinistram ingredientis, *candelabrum aureum;* 3. in medio et prope velum Sanctissimi, *altare thymiamatis* seu incensi. — Sanctuarium ingredi fas erat *solis sacerdotibus* : quibus tamen II Par. XIII. 10 11 *levitae* adjunguntur.

In *Sanctissimo* erat *Arca* foederis : illud *solus Pontifex, semel in anno*, in festo expiationis, ingredi poterat (Lev. XVI).

Circa tabernaculum (vide fig. 22) erat atrium (Ex. XXVII. 9-18; XXXVIII. 9-20, locus subdialis, centum cubitos longum, quinquaginta latum : columnae, quinque cubitos altae, cum basibus aeneis et subacutis, in terra defixae erant singulis quinque cubitis. Illae inter se ligabantur per *caelaturas* (ita Vulg. Ex. XXVII. 10); intellige : des *tringles* d'argent, quae munitae

erant uncinis pariter argenteis : iis innectebantur lora velorum





Fig 22. — Est.

(fig. 22), e bysso retorta confectorum, quibus, instar muri, atrium cingebatur et separabatur a circumjacentibus castris in deserto (1).

---

(1) Castrorum dispositio in deserto, juxta Num. II, III.



In medio latere orientali erat *ingressus* patens introeuntibus, latus viginti cubitos, clausus tentorio seu cortina pretiosiore reliquis (fig. 22), removenda ubi introeundum erat.

Ab introitu atrii usque ad tabernaculum erat longitudo et latitudo quinquaginta cubitorum. Prior pars, introitui proximior, patebat *omnibus Israelitis*, qui huc accedebant imposituri manus victimis quas per sacerdotes offerebant. Pars reliqua cedebat *sacerdotibus* et levitis, atque *atrium sacerdotum* dicebatur.

In atrio fere medio, sub dio, erat *altare holocaustorum;* propius tabernaculum erat collocatum *labrum aeneum.*

2. De supellectili seu instrumentis cultus.

A. **De Arca :** erat haec collocata in Sanctissimo. Variis nominibus appellatur : Arca *testimonii*, quia continebat legem, *attestationem* divinae voluntatis; *Arca foederis* seu *testamenti*, quia *Lex*, quam continebat, erat *conditio foederis*, et *ipsa Arca signum visibile* foederis Deum inter et Israelitas initi; *Arca Dei*, quia erat thronus invisibilis deitatis.




Fig. 23.

Descriptio. (Ex. XXV; ib. XXXVII. 1-9). *Arca* erat parvum receptaculum (une espèce de *coffre*) e lignis setim seu *acacia* confectum, longitudinis 2 $^1/_2$ cubit. (circiter 1^m25), latitudinis et altitudinis 1 $^1/_2$ (circ. 0,75 m.). Intus et foris auro obducta erat, et in circuitu ad partem superiorem corona aurea ornata (une bordure saillante ou guirlande). Porro quattuor aureos circulos habebat, duos in latere uno, duos in latere adverso : iis continuo immissi manebant vectes e ligno setim confecti, auro obducti, quibus Arca portaretur. — *Operculum* Arcae, ex auro purissimo confectum,

Propitiatorium (faciens propitium), et *Oraculum* dicitur, quia inde loquebatur Deus (Ex. XXV. 22; Num. VII. 89). Super Propitiatorium erant vel stantes vel sedentes (vide fig.), duo cherubim ex auro ductili (or martelé), alas expandentes ut operculum operuerint. Consideratis *descriptione* Arcae in Scriptura, simulque commoratione Israelitarum *in Aegypto*, unde artem mutuati sunt artifices, duplex conamen restitutionis *Arcae* proponitur (fig. 23, 24).

In Arca erant : 1. *Tabulae Legis* (Ex. XL. 18; Deut. X. 5); 2. *Vas mannae* (Ex. XVI. 33-34); 3. *Virga Aaronis* quae floruerat (Num XXVII. 10). Cfr. de duobus ultimis Hebr. IX. 4, quod traditio judaica confirmat. *Post templum aedificatum*, Arca *solas tabulas Legis* continebat (III. Reg. VIII. 9). - Inter levitas, soli *Caathitae* illam custodire debebant (Num. III. 31). Erat Arca pignus divini auxilii in pugna; unde saepe ad praelium asportabatur. — *Finis historiae Arcae est tempore Jeremiae* (II Machab. II. 4 8); in templo igitur secundo Arca deerat.





Fig. 24.

B. **De supellectilli Sanctuarii.**

a) **De mensa panum propositionis :** quo loco fuerit in Sanctuario, supra dictum est. Haec mensa facta erat ex lignis *setim* auro obductis; *longa* erat 2 cubitos, *lata* 1, *alta* 1 $^1/_2$; superne labio seu limbo aureo seu corona cincta erat. Singuli pedes habebant singulos annulos, in quos vectes lignei, auro obducti, inserebantur ad mensam portandam (Ex. XXV.23-30; XXXVII. 10-15). In Ex. XXV. 25 ita *Fillion :* « Quant à la

corona interrasilis (sculptée à jour), haute de quatre doigts (hébr. : d'un petit palme), elle consistait en une large bande de bois plaqué, destinée à relier entre eux et à tenir fermes les quatre pieds de la table... Elle était située vers le milieu de la hauteur des pieds » (Vide fig. 25). Alii illam ad supernam pedum partem collocatam fuisse putant.


Fig. 25.

In hac mensa *panes azymi duodecim*, juxta numerum tribuum Israel, disponebantur *duplici serie*, alius super alium, thure superposito; *singulis sabbatis* renovabantur, veteribus amotis, qui a solis sacerdotibus comedi poterant (Matth. XII. 4). Panes vocabantur *propositionis* seu *propositi*, hebr. *panes faciei*, quia in conspectu Dei ponebantur (Ex. XXV. 30).

b) **De candelabro** (Ex. XXV. 31-39; XXXVII. 17-24). Candelabrum hoc, variis nominibus appellatum (Ex. l. i.; Lev. XXIV. 4; Eccli. XXVI. 22), Moyses fabricandum curavit ex auro purissimo, juxta formam quam in Sinai viderat. E *basi* ascendebat *stipes* seu *hastile* : utrinque, aequalibus distantiis, e stipite procedebant *tres rami* qui per lineam curvam ascendebant in aequalem cum stipite altitudinem Stipes quadruplici in loco (in loco triplici unde procedebant rami, et in summa parte), rami autem triplici in loco, variis ornamentis ornata erant, de quorum natura controvertitur. *Fillion* (in Ex. XXV. 33-36) ita : « Pour *chaque branche*, une triple rangée successive des trois objets qui suivent, de manière à produire une gracieuse décoration : un calice imitant la *fleur d'amandier*, une petite boule ou *grenade*, une *fleur de lis* au-dessus de la boule ». Alii aliter. Cfr. *Vig.* Dict., ad vocem *chandelier*, auctoresque probatos in Ex. l. c.

Porro septem extremitates portabant septem lampades aureas mobiles, oleo olivarum purissimo implendas (Ex. XXV. 37; XXVII. 20; Lev. XXIV. 2), a sacerdotibus mane et vespere

(Ex. XXX 7-8) forcipibus aureis disponendas; sordes autem in vasis aureis efferebantur. Scriptura (Ex. XXVII. 21) dicit illas fuisse accensas usque mane; unde videntur tantum *noctu* arsisse. Juxta *Josephum* autem, Ant. III. 8, 3, noctu omnes, interdiu autem tres tantum ardebant. *Pondus* candelabri erat unius talenti. *Dimensiones* nullibi in Scriptura leguntur : *Rabbini* indicant tres cubitos seu 18 palmas altitudinis, et duos cubitos seu 12 palmas latitudinis (environ 1,50 m. de haut. sur 1 m. de large).

c) **De altari thymiamatis** (Ex. XXX. 1-10; XXXVII. 25-29). Factum erat e lignis *setim*, laminis aureis obductis (unde et *aureum* vocatur); *longum* et *latum* erat cubitum unum, *altum* cubitos duos, habens *quattuor cornua* et limbum seu *coronam* auream per gyrum (Vide fig 26). Ad duo latera affixi erant *gemini annuli* aurei per quos vectes, quibus portaretur, transmittebantur. — Ex Hebr. IX. 34, oritur difficultas circa locum quo collocatum fuisse illud altare supra diximus; quam apud probatos auctores ad h. l solutam invenies. — In hoc mane et vespere (Ex. XXX. 7-9), incensum adolebant sacerdotes; in festo expiationis altare purificabatur (Lev. XVI. 18-19).




Fig. 26.

C. **De supellectili atrii sacerdotum.**

a) **De altari holocaustorum** (Ex. XXVII. 1-8; XXXVIII. 1-7). Erat quadrum, 5 cubitos *longum*, totidem *latum*, *altum* 3 cubitos, e ligno *setim* laminis *aeneis* operto (unde et *aeneum* dicitur confectum. Ad quattuor angulos superne erant *quattuor cornua* ex eadem materia. (Vide fig. 27). *Annuli quattuor*

in duobus lateribus erant, per quos vectes transmittebantur ad altare portandum. — Altare intus cavum erat : ubi autem erigebatur, *cavitas implebatur terra et lapidibus*, et ita focus parabatur; quod quidam non admittunt. — Verba hebraica quae Vulgata, Ex. XXVII. 4, vertit : *craticulam in modum retis*, quidam




Fig. 27.

intelligunt : *un grillage s'appliquant aux quatre parois de l'autel jusqu'au milieu de la hauteur;* quod autem ib. 5 *arulam* vertit, sumunt de quodam ambitu; *une passerelle extérieure placée au-dessus de ce grillage* (*eene omloopende bank*), in quo sacerdos staret, in quo altare circuiret durantibus sacrificiis. Cum gradus prohiberentur (Ex XX. 26), ascendebant ad altare seu ad ambitum illum, per clivum e terra aggestum (une pente, un plan incliné). Putant tamen nonnulli id postea in desuetudinem abiisse. (Vide infra de altari templi).

b) **De labro aeneo** (Ex. XXX. 17-19). Erat vas in loco atrii supra indicato positum, aquam continens, ut sacerdotes sacra munia obituri pedes et manus et forsan aliquot victimarum partes, etc. lavarent. Formam Scriptura non indicat. — Juxta Rabbinos aquam demittebant (au moyen de deux robinets placés aux côtés opposés) ex labro in vas quoddam infra positum.

Praeter objecta illa majora, multa minora et minuta erant, variis usibus inservientia, puta *acetabula, phialae, thuribula, lebetes, emunctoria, forcipes, ignium receptacula* etc., de quibus non est hic per singula dicendum : remittimus ad probatos interpretes.

II. — De templo Salomonico.

Quot et quanta de hoc aedificio scripta fuerint, alia aliis meliora, impossibile dictu est; res est valde difficilis (1) maximique momenti. Agemus 1. *de loco* ubi est aedificatum et de operibus praeviis faciendis; 2. *de templo ipso;* 3. *de supellectili* (III Reg. V-VIII; II Par. III-V).

I. **De loco.** David aedificandi templum Deo consilium conceperat; quod quidem Deo fuit gratum; verum exsecutionem illius filio suo reservari ipsi divinitus significatum est per Nathanem (II Reg. VII) Nihilominus multa praeparavit (I Par. XXII et XXIX), ipsumque locum (II Par. III. 1) designavit montem Moriah, ad orientem civitatis, ubi, juxta traditionem hebraicam, cui tamen nonnulli contradicunt, Abraham filium suum sacrificium Deo praeparavit. In ipso hoc monte, non tamen in vertice, erat area Ornan (Areuna) Jebusaei, ubi Angelus Davidi apparuerat (II Reg. XXIV 16-25; I Par. XXI 18 sqq).

Erat autem montis illius vertex praeruptus nimisque angustus quam qui templum caperet; erat igitur spatium amplificandum et planum efficiendum (2).

Illis quae David praeparaverat, multa, ad aedificandum aedificium hoc splendidum quale construendum conceperat, addere debuit Salomon. Et primo quidem, hac in re patrem suum imita-

---

(1) *Vig.*, La Bible et les découvertes, t. III. p. 481 sqq., ita : « On a écrit sur le temple de Jérusalem plus que sur aucun autre édifice du monde; mais si les études qu'on a faites sur ce monument sont innombrables, les opinions des savants sont aussi bien diverses. Il faut convenir d'ailleurs que jusqu'à ces dernières années on a manqué des éléments nécessaires pour traiter la question avec succès, c'est-à-dire, de la connaissance exacte des lieux. Toutes les difficultés que présente l'explication des textes ne sont pas encore levées. Cependant de grands progrès ont été accomplis dans l'essai d'interprétation et de restauration de ce célèbre édifice ».

(2) *Vig.*, op modo cit 500. « Les murailles élevées par Salomon pour soutenir la plate-forme, étaient construites en pierres de grandes dimensions, qui excitaient l'admiration de l'auteur du livre des Rois (III Reg. V. 17). Cette admiration était fondée... Les fondements des murs de soutènement subsistent encore en partie, ils ont bravé la fureur des soldats de Nabuchodonosor et Hérode les laissa intacts en reconstruisant le temple ».

tus (I Par. XXII. 4), majus tamen faciens, *ligna cedrina* ex Phoenicia, a rege Hiram, sibi comparavit, simulque artifices : utrorumque enim in Palaestina erat penuria (1). Numerum hominum ingentem, ut II Par. II. 17 18 et alibi dicitur, adhibuit tum ad arbores succidendas (cfr. *Vig.*, op. supra in not. cit , p. 495), illasque transportandas, tum ad extrahendos et excidendos lapides, ita tamen ut opera difficiliora facienda curaverit per Chananaeos Hebraeis servos factos (III Reg IX. 20-21 ; II Par. II. 17-18.

2. **De ipso templo** (III Reg. VI et VII. 13 32); II Par. III. 1-17). Quanti momenti sit habere notionem, in quantum fieri potest accuratam, templi, ad intelligentiam nonnullorum librorum Scripturae, in oculos incurrit. Nonnulla utique vel obscura vel incerta manent. Pro posse exponamus praecipua.

a) **Templum**, seu **ipsa aedes sacra**, efformatum fuit juxta formam tabernaculi, proportionibus duplicatis ; erat 60 cubitos longum (non comprehenso vestibulo) ab oriente ad occidentem, 20 latum ; altitudo varia erat pro variis partibus.




Fig. 18.

Erant duae partes praecipuae (praeter *vestibulum*, longum 10 cubitos, *altum* (2) 60) : *Sanctum*, altum 30 cubitos, longum 40 ; *Sanctissimum*, altum 20, longum 20. — Erat praeterea triplex

(1) « La Palestine a toujours été *pauvre en bois de construction ;* on ne pouvait se procurer qu'au dehors les arbres dont on avait besoin. . De plus les Hébreux ne s'adonnaient point aux arts depuis la sortie d'Egypte ; *ils manquaient* par conséquent *d'architectes et d'ouvriers*... et il devenait indispensable de chercher à l'étranger des hommes capables de diriger les travaux » (*Vig.*, op. modo cit., p. 488).

(2) Cfr II Par. III. 4 (ubi dicitur 120), *Antiq jud.*, VII. 3, 2, coll. *Vig.*, op. cit. p. 526, not. 2, 3. — *Van Hoonacker* vero « Le Sacerdoce Lévitique », dicit : « Le portique était plus bas de 10 coudées que le bâtiment du temple ».

series superposita cubiculorum, totum circumdans templum, excepto vestibulo (1). Vide fig 28.

Parietes constructi erant magnis lapidibus quadris, asseribus cedrinis (des lambris en bois de cèdre) contecti, qui et ipsi obducti erant laminis aureis, quibus insculpti erant cherubim, palmae, aliaeque figurae.

Tectum planum confectum erat e lignis cedrinis, intus eodem ac parietes modo exornatis; ab extra autem lapidibus albis obductum (des dalles de pierre blanche).

Sanctum separabatur a Sanctissimo, muro cedrino, in cujus medio erat porta seu valvae 4 cubitorum, e lignis olivarum; ordinarie erant apertae, verum ante illas *velum* pretiosum et densum oppansum erat (II Par. III. 14), prohibens quominus Sanctissimum inspiceretur. Ad ingressum Sancti erant valvae e lignis olivarum (III Reg. VI 31-36).

Ante januam vestibuli utrinque exsurgebat columna aenea, intus cava, alta 18 cubitos, habens ambitum 12 cubitorum; columnarum capitella (fig. 29) *quinque* erant cubitos alta (III Reg. VII. 15-22), sculpturisque ornata exhibentibus lilia, malogranata (2). De loco quo, respectu ad templum, collocatae fuerint controvertitur. Cum autem columnae post templi constructionem

---

(1) « Trois étages de petites chambres, *Selu'ot*, s'adossaient aux murs du Saint et du Saint des Saints, et allaient s'élargissant de bas en haut. Les cellules du rez-de-chaussée avaient *cinq coudées* de largeur, celles de l'étage au-dessus, *six*, et enfin les plus élevées, *sept*. Cet accroissement de largeur provenait de ce que les murs du Temple, comme ceux des fondations qui subsistent encore, étaient bâtis en retraite, de telle manière que les murs en montant diminuaient d'épaisseur. Les solives qui supportaient les cellules s'appuyaient ainsi sur les parties saillantes des murailles, sans y pénétrer. Les chambres, d'après Josèphe, étaient au nombre de trente. On y avait accès par le dehors, et l'on montait aux étages supérieurs par un escalier tournant. Chaque étage mesurait *cinq coudées de hauteur;* l'élévation totale des cellules, toit compris, devait être d'environ dix-sept ou dix-huit coudées, de sorte que le Saint avait environ treize coudées de plus. C'est dans la partie qui dominait ainsi les trente chambres, que s'ouvraient les fenêtres destinées à éclairer le Saint. Elles étaient plus larges à l'intérieur qu'à l'extérieur. Le Saint des Saints ne recevait le jour par aucune ouverture » (*Vig.*, la Bible et les découvertes, p. 535).

(2) *Van Hoonacker*, op. cit., p. 83, not. 2, ponit 17 1/2 cubitos pro altérutra (II Par. III. 15), et 2 1/2 cub. pro capitello uno, 5 pro utroque; vide IV Reg. XXV. 17.

fabrefactae fuerint (III Reg. VI. 37-38), concludunt nonnulli illas non fuisse partem integrantem templi nec fuisse tecto vestibuli suppositas, sed ante hoc positas (elles étaient isolées, placées en avant du portique). Salomo vocavit columnam quae erat a dextris *Jachin*, quae vero a sinistris, *Booz* (II Par. III. 15-17).

b) **De atriis.** Ambitus montis amplificati ut supra dictum est, erat muro cinctus, inter quem et templum erat amplus locus subdialis seu atrium. Prope aedem sacram erat *atrium interius*, *sacerdotibus* reservatum (II Par. III. 9), quod Jeremias XXXVI. 10 *superius* vocat; erat cinctum muro e lignis cedrinis, sustentatis triplici serie lapidum politorum (III Reg. VI. 36). — Atrium secundum, *populo* destinatum, nullibi describitur (1); ut ex Jer. l. cit. sequitur, erat situm in loco inferiori atrio sacerdotum; habebat portas aeneas (Jer. XXXV. 4; Ezech. VIII), continebatque *cubicula et porticus*, seu loca columnis munita (des galeries ou salles à colonnes) — Postea adjectum fuit *atrium gentium*. « In his atriis plura erant aedificia et conclavia in quibus annona, utensilia et vasa templi asservabantur, vel etiam sacerdotes et levitae, tempore functionis, habitabant » (*Lamy*, op. cit., p. 341).




Fig. 29.

3 **De supellectili templi.**

A. **In Sancto Sanctorum** erat *Arca* a Moyse fabrefacta, tabulas legis continens (2). Duo cherubim maximi alis extensis illam velabant (3).

(1) « Il ne fut achevé que longtemps après Salomon. Ce prince ne termina que la première cour, celle qui entourait immédiatement le temple. Il commença la seconde et fit bâtir le mur oriental. On n'y mit la dernière main que peu de temps avant Josaphat (III Reg VI. 36; II Par. IV. 9; XX. 5; XXXIII. 5; IV Reg. XXI. 5; XXIII. 12). Le *portique de l'Orient* fut nommé le *portique de Salomon* » (*Vig.*, la Bible..., t. III, p. 538).

(2) III Reg. VIII. 9; II Par. V. 10; Hebr. IX. 4.

(3) III Reg. VI. 23, 28; II Par. III. 10-13; IX. 5.

B. **In Sancto** erant :

a) 10 candelabra (praeter candelabrum tabernaculi), quorum Scriptura nullibi accuratam tradit descriptionem (III Reg. VII. 49; II Par. IV. 7, quaeque indolem sacram candelabri mosaici non videntur habuisse. E locis citatis videntur fuisse quinque a dextris et quinque a sinistris *Sancti* posita; quod et quidam Rabbini asserunt, dum alii tenent fuisse illa collocata quinque a dextris, quinque a sinistris *candelabri mosaici*, omnia vero a sinistris Sancti. Illa a Nabuchodonosor Babylonem cum reliquis vasis sunt translata (Jer. LII. 19; IV Reg. XXIV. 15; II Par. XXXVI. 6, 10, 18).

In *templo secundo unicum* erat; ab Antiocho IV ablatum et fractum (I Mach. I. 23), a Juda Machabaeo restitutum (ib. IV. 49), in *templo Herodis conservatum* fuit, dein, destructa civitate duce Tito Romam translatum (*Jos.*, bell. Jud., VII. 5, 5); cfr. *Vig.*, la Bible et les découvertes, p. 522.

b) *10 mensae panum propositionis*, quinque a dextris seu ad sept, quinque a sinistris seu ad mer. (I Par. XXVIII. 16; II Par. IV. 8). In templo secundo unica tantum fuit.

c) *Altare thymiamatis*, ex ligno cedrino, auro operto (III Reg. VI. 20-22; VII. 48; II Par. IV. 8), ejusdem magnitudinis ac altare tabernaculi.

C. **In atrio** erant :

a) *Altare holocausti* (III Reg. VIII. 64; II Par. IV. 1), etiam *aeneum* vocatum, quod ingrediens atrium primo conspiciebat; erat multo majus altari tabernaculi, 20 cubitos longum, totidem latum, 10 altum (II Par. IV. 1). Ad illud ascendebant per clivum e terra aggestum, in cujus triplici loco graduum series erat (1).

b) *Mare aeneum : aeneum* vocabatur, propter materiam *e qua; mare* propter magnitudinem; habebat 10 cubitos *a labio usque ad labium*, 5 cubitos profundum erat, continebatque 2000 batho-

(1) « Le prêtre montait à l'autel par une rampe en terre. Trois séries de degrés coupaient cette rampe, d'espace, en espace, d'après les souvenirs talmudiques » (*Vig.*, op. modo cit., p. 540. — « Ses grandes dimensions exigèrent l'adoption d'un rebord circulaire où se tenaient les prêtres officiants » (*Trochon*, op. cit., p. 581).

rum (1), eratque varii generis sculpturis ornatum et stans super duodecim boves, quorum tres respiciebant orientem, tres occasum, meridiem tres, aquilonem tres (III Reg. VII. 23-26; II Par. IV. 2-5).

Erant et alia 10 labra, quinque ab utraque parte, sed multo minora, 40 bathos continentia, quae *rotis movebantur:* vide III Reg. VII. 27-38; II Par. IV. 6.

De templi dedicatione III Reg. VIII. 1-66 et II Par. V-VI. quam utilissime legeris. In hoc templo, mira et fere incredibili magnificentia exstructo, cultus Deo exhibitus fuit per aliquot annos supra 4 saecula, donec fuit ab exercitu Nabuchodonosoris destructum.

III. — De templo secundo seu Zorobabelico.

Pauca fuerunt jam supra obiter de illo templo dicta. De ipso fuse agere nec possumus, nec volumus. Lege libros *Esdrae* et *Nehemiae*. Templum, ad quod reconstruendum miros conatus adhibuerunt, quodque tandem, magnis impedimentis superatis, absolutum est, multum deficiebat a magnificentia prioris; quod candide simul autem pulchre dicit Scriptura, Esdr. III. 12.

IV. — De templo Herodis.

Templum illud Scriptura nullibi describit: tantum habemus sparsim pauca quaedam indicata. *Josephus* autem, praeter quaedam hic illic obvia, duplicem habet templi hujus descriptionem : De *Bello Jud.*, l. V. c. 5, et de *Antiq. Jud.*, l. XIV. c. II : descriptione altera debet altera illustrari et compleri.

---

(1) III Reg. VII. 26; II Par. IV. dicit 3000 metretas seu bathos; quod quidam mendum existimant, alii aliter explicant; vid. bibl. flandr. — « Le *bath* était de 20 litres, selon les uns, de près du double selon les autres (Vide p. 81). La mer d'airain contenait donc au plus bas chiffre quatre cents hectolitres. On tirait sans doute à volonté, au moyen d'une espèce de grue, de la mer d'airain, l'eau nécessaire aux prêtres pour se laver les mains et les pieds, mais le texte ne nous apprend pas comment on puisait dans le bassin... M. *Grätz* suppose dans la mer d'airain un robinet qu'on fermait et ouvrait à volonté » (*Vig.*, op. modo cit. p. 541).

Herodes, ad Judaeorum animos sibi conciliandos, per partes templum reaedificavit (1), et quidem quam magnificentissime (Luc. XXI. 5). Omnia autem absoluta sunt tantum diu post




Fig. 30.

ipsum, sub ejus nepote Agrippa II, a. 64. Vix absolutum, integrum eversum est.

Distinguendae sunt duae partes : *aedes sacra* (ὁ ναός) et *atria cum porticibus* (τὸ ἱερόν). Quae distinctio in textu graeco Evange-

(1) « Il y avait quarante-six ans qu'on y travaillait, au commencement de la vie publique du Sauveur (Joan. II. 20)... Il était conçu dans un style grec assez lourd, mais richement décoré, et, à distance, avec ses enceintes successives, ses cours, ses bâtiments massifs, il ressemblait à une forteresse » (*Lesêtre*, op. c., p. 63). — « Avec ses portiques aux immenses colonnes, son revêtement de marbre blanc, les aiguilles d'or qui couronnaient le sanctuaire, il ressemblait, vu de loin, à une montagne de neige, teintée de pourpre et d'or par les rayons du soleil levant » (*Vig.*, Dict. tom. III, col. 1375).

liorum servata, in Vulgata non habetur, quippe quae utrumque *templum* vertat (cfr. Joan II. 14, 15, 19; vide etiam Luc. I. 8-22).

A quattuor lateribus, prope muros cingentes montem, erant *porticus* (*le hiéron extérieur*); orientalis, occidentalis et septentrionalis erant *duplices* (3 rangées de colonnes, *2 allées*); *meridiana* erat *triplex* reliquisque splendidior (4 rangées de colonnes, *3 allées*). Herodi tribuitur et *regalis* vocabatur; una tantum ex illis, *orientalis* scil., in Scriptura (Joan. X. 23; Act. III. 21) memoratur, et *Salomonis* vocatur In angulo sito ad septentrionem et occasum (N -O) erat *arx Antonia*, résidence de la garnison romaine (cfr. *Rev. bibl.* a 1898 p. 194; explicetur fig 30), e qua per gradus descendebatur in porticus et atria (lege Act XXI-XXIII). Ex illis ascendebatur per 24 gradus ad *hieron interius*, quod ἅγιον ἱερόν vocabatur, in quod ne ascenderent inscriptionibus monebantur Gentiles sub comminatione poenae mortis.

Primo occurrit *atrium mulierum* (*gazophylacium* vocatum), muro separatum (non concordant Talmudistae, *Rev. bibl.* ib., p. 200) *ab atrio Israelitarum* stricte dicto, ad quod per 15 gradus patebat accessus: hoc separabatur ab *atrio sacerdotum* (ubi altare holocaustorum conspiciebatur maximum, long. et lat. 20 cub., alt. 10, II Par. IV. 1), per marmoreum *murum* parum altum (une barrière de marbre), et inde ipsa aedes sacra in toto suo splendore conspiciebatur (1) — De porta *speciosa* vide ad Act. III. 2.

---

(1) « Au delà (*de la cour des Prêtres*) se déploie la façade du sanctuaire, élevée de douze degrés au-dessus du sol environnant. Elle est d'une architecture étrange et simple : une immense porte triomphale, haute de soixante-dix coudées, large de vingt-cinq. s'ouvre entre deux ailes massives qui montent jusqu'à cent coudées. Encadrée par ces deux nappes lumineuses, l'immense baie, pleine d'ombre, laisse plonger notre vue dans la première pièce du sanctuaire, *le Vestibule*. Au fond apparaît la porte *du Saint*, moins haute et moins large. Ses pieds droits sont plaqués de lames d'or; sur le linteau court une vigne d'or dont les grappes pendantes ont la hauteur d'un homme. Elle est fermée par *un grand voile* tissé de lin blanc, d'hyacinthe, de pourpre et d'écarlate. Là s'arrêtent nos regards profanes.

« *Au fond du Saint* est tendu *un second voile* qui cache le Saint des Saints; c'est la partie la plus intime de l'édifice. Seul le grand-prêtre y peut entrer une fois par an. Dans le Temple de Salomon, elle était destinée à abriter l'arche de l'alliance. Dans le nouveau, *le Saint des Saints est resté vide* » (*Rev. bibl.*, a. 1898, p. 195-196).

Appendix : De Synagogis (1). Breviter agitur de illarum *origine*, de modo quo *interne* fuerint omnia *disposita*, de *ministris* et variis *exercitiis* ibi haberi solitis.

1. **De origine.** Antiquitus talia aedificia non existebant : *nec in Lege*, nec apud *Prophetas*, earum fit mentio. Forsan a captivitate babylonica illarum origo repetenda est. *Post captivitatem* ubique multiplicari coeperunt favente, ut traditur, Esdra, et ita quidem ut tempore Christi in plerisque civitatibus et vicis fuerit una, in majoribus plures; Hierosolymis ubi civitas deleta est, 480 fuisse dicunt. Nec in sola Palaestina, sed et in regionibus extraneis existebant ubicumque Judaei degerent (2).




Fig. 31.
1, Théba ; 2, voile ; 3, [illegible] ; 4, chandeliers ; 5, sièges des dignitaires ; 6, estrade ou ambon ; 7, pupitre ; 8, place des hommes ; 9 place des femmes quand il n'y a pas de tribune ; 10, troncs pour les offrandes.

2. **De dispositione.** In ima fere aedificii parte, erat *arca quaedam* (un coffre), continens exemplar Legis religiosissime asservatum (enveloppé dans un tissu de lin et serré dans un étui); arca erat *velo pretioso velata :* supra illam *lampas* semper ardebat (fig. 31).

Inter arcam et populum *cathedrae* erant, praepositis seu ministris et doctoribus reservatae; *locus populo reservatus* erat *divisus*

(1) Vocem hanc, sicut et ecclesiam, etymologice *coetum*, *conventum* significare, neminem fugit. — Cfr. *Becani* Anal. cap. XIII. nn. 33-34; *Rev. Bibl.*, a. 1892, p. 137 sqq.; *Vig.* le N. T. et les découvertes archéologiques modernes, p. 148 sqq.; *Troch.* op. cit. p. 597.

(2) Act. XIII. 5, 14; XIV. 1, 10; XVIII. 4, 19; XIX. 8.

in duas partes, alteram mulieribus, viris alteram; in hujus fere medio erat *locus* nonnihil *elatus* (une espèce d'estrade, ou de plate-forme) capiens ad minus 14 personas, ubi erat cathedra lectoris.

3. **Ministri synagogae** erant :

a) *Archisynagogus* seu praeses, cujus erat res tum spirituales tum temporales gerere; in hoc negotio coadjutores et assistentes habebat viros aliquot aetate venerabiles et praestantes virtute, qui *seniores* (Luc VII. 3) et quandoque *archisynagogi* vocabantur (Marc. V. 22; Act. III. 12).

b) *Scheliach*, qui recitabat preces liturgicas et invigilabat lectioni (*il peut être regardé comme le ministre officiant*); adjutorem habebat *chazan* : hujus erat januas aperire et claudere, volumina praeparare, *scheliach* assistere in recitandis precibus, synagogam everrere, vocare lectores designatos, nuntiare publice nuntianda, sententias exsequi (*sacristain*, *bedeau*, *appariteur*, *huissier*). His duobus manus imponebantur, ut idonei essent implendo officio.

c) *Targumista* vel interpres, qui *praelecta* hebraice (per singulos versus pro Lege, et, ut quidam dicunt, per tres pro Prophetis), *verteret lingua vernacula*. Ita etiam *Réville*, op. cit., p. 100, et addit : « Ce qui montre le prix supérieur qu'on attachait à l'intelligence exacte de la Loi ».

d) *Batlanim* (otiosi) *decem*, qui semper adesse debebant, ut esset semper numerus sufficiens ad constituendum conventum.

Lectores non erant inter synagogae ministros; *archisynagogus*, mediante *chazan*, pro libitu inter praesentes quemdam designabat qui lectoris officio fungeretur.

4. **De exercitiis.** — Exordium faciebant a precibus recitatis; quibus finitis, *chazan* volumen sacrum tollebat de arca, illudque porrigebat illi qui designatus fuerat ad legendum; *scheliach* invigilabat lectioni, *targumista* vertebat; lectio septem sectiones comprehendebat, a lectoribus septem legendas, quod ante Esdram non viguisse quidam asserunt; dein *si sabbatum* erat, *unam sectionem Prophetarum* (vide p. 7 dicta de librorum divisione) legebat octavus lector (Luc. IV. 16-21). — Finita lectione, praeses nonnumquam invitabat aliquem ex adstantibus ad explicanda

praelecta vel exhortationem brevem ad populum habendam (Act. XIII. 15). Dein precibus recitatis dimittebatur concio.

Igitur in synagogis *non sacrificabant;* verum ibi *orabant, disputabant, Scripturam legebant et explicabant, populum hortabantur, jus reddebant* (Matth. X. 7; XXIII. 14 etc.; Joan. IX. 22). Illa autem exercitia *initio semel* in hebdomada, sabbato, fiebant; *dein vero ter*, 2ª et 5ª sabbati, et sabbato.

Ibi Christus frequenter docebat (Marc. I. 21; Luc. IV. 15 etc.). Huc Paulus, ingressus aliquam civitatem, gressus dirigebat ut plebem doceret (Act. XIII. 14).

Addamus ibi factas fuisse *collectas* pro pauperibus, pluriesque fuisse synagogae locum adnexum in quo *chazan*, quasi ludimagister, *pueros doceret* (1).

§ II. — De personis sacris (2).

Antiquitus cultus fuit celebratus *privatus* in familiis, primogenitumque hoc officio, pro auctoritate sua, functum fuisse nonnulli tenent, contradicentibus aliis. Postea vero cultus *officialis, nationalis* constitutus est, et tabernaculi et dein templi, totiusque cultus cura *tribui Levi* commissa est; qui substituti sunt, aiunt, hac in re primogenitis : vide tamen op. cit. (in nota 2), p. 140.

Porro in ea distinguuntur *Pontifex, sacerdotes, levitae*, de quibus ex ordine dicetur.

I. — De Pontifice.

1. **Historia.** *Aaron*, ejusque filii *Nadab*, *Abiu*, *Eleazar* et *Ithamar*, de tribu Levi, vocati sunt (Ex. XXVIII. 1 sqq.) ut sacerdotio fungerentur. Ex. XXIX. 1-37 et Lev. VIII, eorum *consecratio* describitur. Porro Lev. X narratur quomodo *Nadab* et *Abiu*, interempti fuerint quod *ignem alienum* obtulissent; sine liberis deces-

(1) Quae hic summatim proponuntur fuse invenies pertractata in operibus p. 119, not. 1, indicatis, unde magna ex parte haec mutuamur.

(2) Frequenter recurremus ad opus supra citatum Ex. *Van Hoonacker* : Le Sacerdoce Lévitique.

serunt (I Par. XXIV. 2). Deinceps sacerdotium pertinebit ad *Eleazar* et *Ithamar*, horumque posteros. Aaron est Pontifex antonomastice, ***summus sacerdos.*** Aarone mortuo, Eleazar, vestimentis pontificiis assumptis, ipsi succedit (Num. XX. 25-30). Illa dignitas est in familia *Eleazari* hereditaria, ut huic succederet primogenitus et sic deinceps. Ib. XXV. 12 sqq. ejus filius *Phinees* accipit promissionem sacerdotii seu summi Pontificatus *perpetui* et indefectibilis (cfr. I Mach. II. 54; Eccli. XLV. 28). Constat tamen per aliquot tempus summum Pontificatum *transiisse ad familiam Ithamaris* in *Heli*, *Achitob*, *Ahias*, *Achimelech* et *Abiathar*; quomodo hoc constet cum promissione, vide apud probatos auctores ad Num. l. i.; cfr. Bec. Anal. cap. VII, quaest. II. — Totam Pontificum historiam texere ante et post exsilium, dicere quomodo recentiori tempore, rebus judaicis maxime turbatis, vel electione vel usurpatione vel pretio illud munus sibi comparaverint, longius nos abduceret a proposito estque in variis historicis libris quaerendum, commentario genuino adjecto (1).


Fig 32.

(1) Sint tamen haec pauca ex *Les.*, op. c. p. 69 : « A l'époque de Jésus-Christ, le souverain pontificat était tombé dans l'avilissement. Depuis cent ans il n'y avait plus guère que des grands-prêtres indignes, devenus sadducéens et sceptiques, achetant leur dignité du pouvoir civil, cupides, avares, tyranniques, et ne reculant devant aucun forfait pour s'assurer une vie de jouissances. A partir d'Hérode, les grands prêtres furent nommés et remplacés par l'autorité civile .. Les évangiles montrent en fonction le grand-prêtre Caïphe; il y fut de 18 à 36. Il était gendre de Anne ou Hanan,

1. **De vestimentis.** (Vide fig. 32). — Partes vestitus summi Pontificis erant (Ex. XXVIII. 4) : *femoralia*, *tunica*, *cingulum*, *tunica amplior*, (mehil), *ephod* seu superhumerale, *pectorale* seu rationale, *cidaris* seu tiara ib. ℣. 36, ubi et additur lamina aurea).

a) *Femoralia*, in Vulg. saepius *feminalia*, « braccarum linearum species erant quas sacerdotes ex decentia (1) gestare debebant ubi ad altare accedebant » (*Lamy*, op cit., p. 290).

b) *Tunica* talaris linea, manicis munita, quae Ex. XXVIII. 4 *stricta* vocatur, arcte corpus ambiens, cingulo stricta. Lev. VIII. 7, *subacula linea* vocatur.

c) *Cingulum* quo tunica stringebatur; latum erat, juxta *Jos.*, digitos quattuor, confectum autem e bysso varii coloris, et *opere plumarii* (ouvrage de brodIerie; Ex. XXVIII. 39).

d) *Tunica amplior*, sine manicis, hyacinthini coloris, habens ad oram inferiorem *alternatim malogranata* ex hyacintho, purpura et cocco bis tincto (herverwd scharlaken) et *tintinnabula* (Ex. XXVIII. 31-35). Hanc immediate sub ephod deferebat.

e) *Ephod* seu superhumerale (2) de quo ita *Fillion* (Ex. XXVIII. 6 sqq.) : « D'après l'ensemble de la description, cet ornement paraît avoir consisté en deux pièces d'étoffe qui recouvraient l'une le dos, l'autre la poitrine du grand-prêtre, et qui étaient attachées l'une

grand-prêtre de 6 à 15... Le titre de grand-prêtre ou de prince des prêtres restait à ceux qui avaient exercé temporairement la charge suprême; il se donnait même quelquefois à leurs fils (Matth. XX. 18; XXVI. 3; Marc. X. 33; Luc. XIX. 47; XX. 1; Joan. XII. 10; etc.).

(1) Ex. XXVIII. 42-43; XXXIX 27; Lev. VI. 10; « C'est à raison de leur ministère sacré dans le temple et surtout à l'autel des holocaustes, notablement elevé au-dessus du parvis et exposé au vent, à cause aussi des mouvements violents que les prêtres devaient faire pour immoler les victimes, les placer sur le brasier, et en retourner les chairs, que Jéhovah imposa sous peine de mort aux prêtres... l'usage du caleçon pendant l'exercice de leurs fonctions « (*Vig.*, Dict., t. II. p. 61).

(2) *Van Hoonacker*, op. cit., p. 370 ita : « L'*Ephod* était un vêtement fait de tissus précieux, ne descendant pas plus bas que la ceinture et qui devait avoir la forme d'un scapulaire. En haut, les deux parties de devant et de derrière étaient rattachées l'une à l'autre, aux deux extrémités (droite et gauche), par des épaulettes ou bretelles, sur lesquelles étaient fixées deux pierres précieuses dont chacune portait gravés les noms de six tribus ».

à l'autre par deux bandes ou épaulières surmontées chacune d'une pierre précieuse ». His lapidibus insculpta erant nomina filiorum Israel, sex in lapide uno, sex reliqua in altero, juxta ordinem nativitatis eorum (ib. 9 sqq.).

f) Super *ephod* summus sacerdos gerebat *rationale judicii* (1) : Ex. ib. 15 30. Ad mentem laud. auct. sint haec : Cet ornement était une pièce d'étoffe carrée et double (ornement à doublure) sur

(1) *Idem*, ib. ita : « Le *Choschen* ou *pectoral* était une pièce carrée et pliée en double de manière à former une poche. Il était couvert de quatre rangées de pierres précieuses toutes différentes, au nombre de douze, sur lesquelles étaient gravés les noms des douze tribus. Des chaînettes d'or et des cordons violets fixaient le pectoral sur l'Ephod dont il ne pouvait pas être détaché ».

De *Ephod-oraculo*, seu de *Urîm* et *Tummîm*, et de modo quo per illa exquisita fuerit divina voluntas, auctor egregie disputat, relatisque opinionibus nonnullorum, collatis multis S. Sripturae locis, sanaque crisi discussis, ita pergit p. 379-380 :

« Nous hésitons beaucoup à admettre qu'il s'agisse en réalité d'un *sort* proprement dit. L'explication d'Ewald, par exemple, qui suppose que la consultation se faisait au moyen de deux petites pierres de couleur différente (Urîm et Tummîm), dont l'une ou l'autre était sortie de la poche où elles étaient renfermées, ne nous satisfait point. Car on ne comprend pas, dans ces conditions, *comment l'oracle pouvait s'abstenir de répondre ;* c'était là une troisième alternative également possible. La consultation pouvait donner *Urîm*, elle pouvait donner *Tummîm*, ou bien *ni l'un ni l'autre ;* ceci toutefois ne pouvait arriver souvent. Il est plus que probable que par sa nature ou sa forme même, l'instrument était adapté au rôle qu'il avait à remplir. On ne peut donc *non plus songer à un dé*, dont l'un des côtés aurait représenté Urîm, un autre Tummîm ; en ce cas, il serait toujours resté, de soi, quatre chances sur six pour le silence. S'il y avait eu trois objets, les descriptions ne se seraient pas bornées à en mentionner tout au plus deux. Un peu plus haut dans le même chapitre (I Reg. XIV) au ℣. 19, nous lisons une parole de Saul à Achija, qui semble supposer que l'appareil sacré devait être soumis à une action continue de la main du prêtre pendant l'opération ; pour mettre fin à la consultation, le roi dit au prêtre : « Retire ta main ! » On pourrait se figurer que Urîm et Tummîm étaient *les deux faces d'un objet, ou deux objets*, dont le prêtre faisait apparaître l'un ou l'autre par le moyen d'un mécanisme quelconque ; quand aucun des deux ne se montrait, c'est que Jéhova refusait de répondre. *Il n'est pas impossible* non plus que la tradition rapportée par Josèphe, et d'après laquelle la volonté de Dieu se manifestait *par l'éclat* qui se produisait dans des pierres précieuses, fût un écho de l'histoire. En ce cas Urîm et Tummîm devraient se concevoir comme deux pierres précieuses fixées à l'intérieur du pectoral attaché à l'éphod. Le prêtre devait approcher l'éphod, et tenir le pectoral ouvert devant le prince qui posait les questions auxquelles l'oracle répondait par un phénomène se produisant dans Urîm ou dans Tummîm. Il suffisait que le prêtre retirât la main pour que le pectoral se refermât ».

laquelle il y avait 4 rangées de pierres précieuses, en tout 12 pierres; en haut du pectoral il y avait deux anneaux auxquels étaient attachées 2 chaînettes de fils d'or tressés, qui venaient s'agrafer au moyen de 2 crochets aux épaulières de l'éphod; aux angles inférieurs de ce même ornement, encore 2 anneaux qui correspondaient à deux autres anneaux de l'éphod, auxquels ils étaient attachés par un ruban de couleur d'hyacinthe, pour empêcher le pectoral de flotter sur l'éphod. Vide fig. 33 coll. 32.



Fig. 33.

g) *In capite* gestabant *cidarim*. Scriptura nullibi hujus formam describit : Josephus asserit fuisse ejusdem formae ac operimentum capitis sacerdotum (*migbaa*), quod *formae conicae* fuisse ex etymologia vocis contendunt. In fronte, tiarae adnexam gestare debebat Pontifex *laminam auream* cum inscriptione *Sanctum Domino*, *consacré à Jéhova* (Ex. XXVIII. 36). Vide fig. 34.

3. De officiis et privilegiis. Pontifex, modo solemniori consecratus, supra alios eminebat, simulque, praeter officia communia, propria sibi et specialia habebat 1. *consulere Deum* per *Urîm* et *Tummîm*, ut passim occurrit; 2. offerre sacrificium et intrare in Sanctum Sanctorum, in *magno festo Expiationis* (Lev. XVI. Vide infra *de festis*), 3. *jus dicere* (Deut. XVII. 8 sqq.) Postea nonnumquam *Synedrio* praesidebat



Fig. 34.

Supra diximus de legibus spectantibus ejus *matrimonium* et *luctum* (vide pag. 49 et 78).

II. — De sacerdotibus.

1. **De consecratione eorum et divisione.** Supra diximus ubi reperiatur *narratio istius consecrationis;* diximus omnes posteros Aaronis eosque solos fuisse sacerdotes, illos pertinuisse ad *duas familias Ithamaris et Eleazari.* Erant autem, inde a tempore Davidis, divisi in *24 classes*, quarum 16 ex Eleazaro, reliquae ex Ithamare (Par. XXIV. 4), quae singulae per hebdomadam officiis fungerentur. *Sors* classis ordinem, et officia ab unoquoque peragenda designabat.

2. **De vestimentis**. Praeter *femoralia*, *tunicam*, *cingulum*, habebant *ephod* lineam, ejusdem formae ac ephod Pontificis, demptis lapidibus, *minus tamen pretiosam;* quoad capitis operimentum, supra (pag 125) brevem habes indicationem (cfr. *Van Hoonacker*, op. cit. p. 374).

3. **De officiis, obligationibus, defectibus.** Multa sacerdotibus, levitis exclusis, reservabantur semperque distinctio inter hos et illos, illorumque super hos praeeminentia proponitur (cfr. Num. III. 6 sqq.; XVIII. 1 7 etc.). Illorum munus erat *cura tabernaculi* et oblatio sacrificiorum; contra quam assertionem prodiere opiniones aliquot, quas expositas et refutatas habes in opere modo citato, pp. 232 sqq., ubi et tractatur de *ita dictis sacrificiis oblatis a laicis*, de titulo *sacerdos* laicis imposito, ubi et nonnulli textus, qui interpretibus multum difficultatis afferunt, egregie examinantur et explicantur. Sacerdotum officia *decem* enumerat *Becanus*, Anal., cap. VII, q. IV.

Obligationes spectant *purificationem* faciendam antequam officiis fungerentur vel sacra manducarent, si forsan aliquam immunditiem legalem contraxissent (Lev. XXII. 2 sqq), *ablutiones* faciendas ante quodcumque officium (Ex. XXX. 19-21), *abstinentiam a vino* et quocumque potu inebriante quando tabernaculum ingredi debebant (Lev. X. 8 11), *luctum* et *matrimonia* quaedam vitanda, ut pag. 49 et 78 dictum est (Lev. XXI. 1-15).

Defectus corporales aliquot ab officiis sacerdotalibus arcebant : iis affecti privilegiis tamen suis non frustrabantur : cfr. Lev. XXI. 16-24, ubi habes quasi tractatum *de irregularitatibus.*

III. — De levitis.

Levi tres habebat filios : *Caath*, *Gersom*, *Merari* Caath genuit *Amram* qui genuit *Aaronem* et *Moysen*. Posteros Aaronis solos sacerdotes fuisse, supra notavimus. Reliqui omnes *levitae* vocabantur, *sensu stricto*, ordinemque inferiorem occupabant, nec sacrificia offerre iis licebat (Num. XVI), verum sacerdotibus dati sunt ut his inservirent (ib. VIII. 19, 22, 26; XVIII. 1-7). Illorum *consecratio*, a sacerdotum consecratione omnino distincta, narratur Num. VIII. 5 sqq.

In deserto, ubi castra erant movenda, tabernaculum ejusque supellectilem portare debebant. Quid unaquaeque classis portare debuerit vide Num. IV. 4-20 de *filiis Caath*, 24 28 de *filiis Gersom*, 29-33 de *filiis Merari*. *Aetas* qua inceperint fungi officiis ib. 3 indicatur 30us annus (propter onera portanda); VIII. 24 vero annus 25us (quo aliis officiis incipiebant fungi); finis autem erat annus aetatis 50us.

Sub Davide, enumeratio (I Par. XXIII. 13) facta ostendit fuisse 38000 levitarum, triginta et supra annos natorum; hoc numero probabiliter comprehendi etiam sacerdotes (℣. 13) autumat Ex. *Van Hoonacker*. — Deinceps annos nati 20 et supra (℣℣. 24, 27) munere suo fungebantur. Levitae in quattuor classes fuere divisi. 1. Multi (24000) *curae domus Dei*, thesauri etc. praepositi erant (I Par. XXIII. 4; XXVI. 20-28. 2. Alii (6000) *magistratus* et *judices* erant (ib. XXIII. 4; XXVI 29-32; II Par. XIX. 11). 3. Alii rursum (4000) *janitores* erant (I Par. XXIII. 5, in quattuor partes divisi, juxta 4 partes templi (ib. IX 17 sqq). 4. Alii tandem (4000) erant *cantores* (ib.), in quibus *tres classes* distinguebantur : *Asaph*, Gersomita, complectens *quattuor sectiones* (I Par. XXV. 2); *Ethan* vel *Idithun*, Merarita, complectens *sex sectiones* (ib 3); *Hemam*, Caathita, complectens *quattuordecim sectiones* (ib. 4), simul *24 sectiones*, quae singulae *in 12 familias* erant divisae; igitur 288 familiae cantorum erant. — Janitores hebdomadarii erant (I Par. IX. 25), quod et de aliis levitis dicendum videtur (ib. XXIV. 31, coll. XXV. 8 sqq).

De melodia hebraica quid dicendum sit non constat. In cultu

cantum magnas habuisse partes e sola psalmorum collectione sufficienter colligitur (1).

Hebraeorum instrumenta erant triplicis generis : 1. Instrumenta *fidibus* seu *chordis* instructa quae digitis vel plectro tangebantur. 2. Instrumenta *inflatilia* ut *ugab*, *organum* in Vulgata, 3 Instrumenta *pulsatilia*, ut tympanum (2).

---

(1) « En quoi consistait la musique et le chant des Hébreux, il est difficile de le savoir, d'autant plus qus les Juifs eux-mêmes reconnaissent que leur ancienne musique est perdue. Suivant toute probabilité, la musique des psaumes *n'était guère qu'un récitatif régulièrement modulé*... Les instruments de musique soutenaient le ton et rompaient la monotonie. Le nom ψαλμοί, psaumes, indique en grec un chant accompagné ordinairement par des instruments.

« Si l'on se reporte au chant des psaumes dans nos églises, à l'intonation, à la dominante, à la pause qui marque le milieu du verset, on se fera, selon nous, une idée assez juste de la musique ancienne des psaumes...

« Ajoutons que *des chœurs se répondaient*, et que la simplicité, la facilité du rythme, *permettait aux foules de prendre part à l'exécution*. (*Meignan*, David Roi, Psalmiste, Prophète, p. 145-146).

(2) « Les instruments dont ils accompagnaient leurs chants offraient un caractère absolument primitif... Ils constituaient tout naturellement trois classes : les instruments *à percussion*, les instruments *à vent* et les instruments *à cordes*.

« Dans la *première catégorie* figuraient les *tzeltzelim* ou *cymbales, castagnettes*. C'étaient des disques de métal, ou de pierres sonores, les uns plus petits et ressemblant aux *castagnettes* modernes, les autres plus grands et ayant l'aspect de nos *cymbales*, suivant la description même de Josèphe On les frappait en cadence et de façon à obtenir un son retentissant.

« Les instruments *à vent* qui servaient à donner de l'éclat aux fêtes religieuses étaient *la trompette* et *le cor*. La trompette... *tuba*, avait environ une coudée de longueur... *Le cor* ou trompette recourbée, *buccina*, avait un son éclatant et semblable, dans un pays de montagnes, aux échos prolongés du tonnerre. Il servait plus particulièrement *pour l'année du jubilé*.

« Les instruments *à cordes* que nous voyons aux mains des lévites et de David lui même, sont *le kinnor*, *le nebel* et *la harpe*. — *Le kinnor* était l'instrument de prédilection du roi, celui dans lequel il excellait. Il était formé d'une monture en bois portant dix cordes que l'on touchait également bien avec les doigts ou avec un plectre ou archet. Il ressemblait probablement à *la guitare* des Arabes que l'on peut toucher en marchant. Les Hébreux s'en servaient pour accompagner les chants de joie ou de louange. — *Le nebel* était surtout employé pour soutenir le chant dans les cérémonies religieuses. Il est difficile d'en assigner la forme. On sait pourtant, d'après *Josephe*, qu'il avait *douze cordes*. Dans les psaumes il est appelé instrument à dix cordes, d'où il faudrait conclure que le nombre de cordes a varié et s'est élevé de dix à douze. Le *nebel* passa de l'orient chez les Grecs, qui ont en effet connu le *noblium* » (*Id.*, p. 147-148).

IV. — De reditibus.

I. **De levitarum reditibus.** — « La question de la dotation des lévites est très compliquée. Les données relatives à ce sujet sont d'ordinaire *conçues en termes généraux* qui ne nous permettent point de nous faire une idée précise de l'organisation; elles sont d'ailleurs *éparses* dans les divers documents et témoignent par leur variété, des *modifications* parfois considérables que le cours du temps apporta à plus d'un égard aux institutions régnantes en la matière » (*Van Hoonacker*, op. cit., p. 383).

1. Tribus Levi accepit *48 civitates*, *leviticas* dictas, per totam regionem dispersas (Num. XXXV. 1-8; Jos. XXI. 1-8), *cum suburbanis duorum millium cubitorum* (1) : illas civitates invenies enumeratas Jos. XXI. — Habueruntne urbium *proprietatem*, an *usumfructum* tantum? Ex. *Van Hoonacker*, op. cit., p. 428, hoc alterum praefert (2). — De contradictione apparenti inter Num. XXXV. 8 et Jos. XXI vide ib. p. 432. — *Civitates tredecim* in tribubus Juda, Simeon et Benjamin sitae, erant *sacerdotales* (Jos. ib. 9-19).

2. Praeter civitates illas cum suburbanis, habebant *decimas* (Num. XVIII. 21 sqq.; Lev. XXVII. 30 sqq.). Deut. XII. 5-14;

---

(1) Cfr. *Van Hoonacker*, op. cit. p. 432 433, et auct prob. in Num. XXXV. 4-5; *Vig.*, Dict., t. IV. col. 217 sqq.

(2) « Il s'en faut donc que Lévi eût *la propriété des villes* désignées comme lieu d'habitation de ses membres... Les dispositions du Lév. XXV. 32 s., relatives aux maisons des lévites impliquent la possibilité de leur acquisition temporaire par des laïques. Les membres de la tribu sacrée ne sont donc point censés les seuls occupants des villes lévitiques. — Quant au mode d'établissement des lévites dans les villes de leur habitat, la seule hypothèse qui nous semble répondre aux données de la Loi, serait de supposer que dans les localités en question *il serait réservé aux lévites des quartiers* plus ou moins étendus suivant les ressources d'un côté et les besoins de l'autre. Les familles désignées auraient eu le droit de fixer là leur demeure. Les maisons qui leur étaient échues à chacune devaient rester en leur possession *sans aliénation définitive possible*. Il n'est d'ailleurs jamais stipulé que les lévites seraient obligés d'habiter dans ces villes. Des raisons particulières ne pouvaient manquer, à supposer même que la situation générale se prêtât à l'exécution de la Loi, de leur faire préférer en bien des occasions un autre séjour. Ces considérations, même abstraction faite des conditions réelles et historiques dans lesquelles les principes durent être appliqués, suffisent à elles seules à expliquer la terminologie du Deutéronome qui considère les lévites comme des hôtes ou des colons établis dans « les portes » ou les villes d'Israël » (Id. pag. 428-430).

XVI. 22-27, commendantur *decimae singulis annis* solvendae, offerendae in loco *quem elegerit* Deus, ut ibi consumantur in conviviis sacris, quorum ipsi offerentes essent participes : qui longe a sanctuario habitabant, vendere poterant decimas et pretium illarum offerre. — Praeter has decimas, ita improprie dictas, mentio fit *decimarum proprie dictarum* (1) *quae in ipso loco singulis trienniis* solvendae erant, quarumque etiam pauperes, pupilli etc. facti sunt participes (Deut. XIV. 28-29; XXVI. 12-13). Illarum *decimarum* decimam partem concedebant levitae sacerdotibus (Num. XVIII. 25 sqq.). Postea (II Par. XXXI. 4 sqq.) fuit immutatio quaedam introducta, sub Ezechia; tandem, post reditum e captivitate, ut consuleretur miseriae levitarum, quibus, variis de causis, decimae jam non regulariter solvebantur (Mal. II. 8, 10), Nehemias (X. 38-39) iterum vigere voluit antiquum regimen, ut scil., levitae directe perciperent decimas quarum decimam partem sacerdotibus solverent. — Recedente Nehemia, miro modo jura levitarum laedebantur; quos abusus reversus refrenavit; verum restauratio non fuit diuturni temporis, et mox levitae decimis spoliati sunt, quae deinceps solis sacerdotibus solvebantur (2). Cfr. Vig., Dict., t. IV, col. 200 sqq., ubi de Levitis; ib., t. II, col. 1431 sqq. circa decimas.

II. **De sacerdotum reditibus**. — Sacerdotes habebant :

1. Civitates 13 ex 48, de quibus supra.
2. Decimam partem decimarum triennalium.

---

(1) « Comme nous l'avons remarqué, on ne conçoit que difficilement que les Israélites aient été condamnés à manger chaque année, en compagnie de leur famille, la dixième partie de leurs revenus au lieu du sanctuaire, et cela sans compter les victimes des sacrifices pacifiques, les premiers-nés des troupeaux etc. *C'est par extension, dans un sens dérivé*, que le nom de *dîme* (*quidquid dicatur de quantitate*), aura été appliqué aux provisions réservées pour ces occasions solennelles... Mais *la dîme proprement dite* était celle qui était déposée, tous les trois ans, dans les localités ou districts où demeuraient les contribuables... Cependant *les lévites* n'en restèrent pas ou *n'en furent peut-être jamais en réalité, avant l'exil, les seuls bénéficiaires*... Les autres éléments de la population dont l'entretien était pareillement à charge de la communauté : l'étranger, l'orphelin, la veuve, leur furent de bonne heure associés dans la jouissance de cette part de Dieu » (*Van Hoonacker*, op. cit., p. 394-395).

(2) Cf. *Van Hoonacker*, op. cit., p. 395-401.

3. Partem decimarum improprie dictarum (Num. XVIII).

4. Multa e primogenitis (1) animalium puris offerendis, vel impuris commutandis aut redimendis et e primogenitis hominum redimendis (Ex. XIII. 11-16; XXII. 29; XXXIV. 19 sqq.; Num. XVIII. 15 sqq.; Deut. XV. 19 sqq.).

5. Partem primitiarum (Ex. XXII. 29; XXIII. 19; Num. XVIII. 11 sqq.; Deut. XII. 17).

6. Partes omnium sacrificiorum, ut infra dicetur.

7. Partem rerum voto Deo consecratarum (Num. XVIII. 14; Lev. XXVII).

APPENDIX : DE RELIGIOSIS, DE SECTARIIS, DE PROSELYTIS.

I. Religiosi synagogae erant *Rechabitae* et *Nazaraei*.

1. *De Rechabitis* sufficiat remittere ad Jeremiam XXXV. Lege, si vacat, *Becani* Anal. cap. VIII, nn. 8-13.

2. *De Nazaraeis* voto Deo consecratis, frequenter Scriptura (vide Num. VI); sint haec pauca :

a) *Nomen* significat *separatum, consecratum*.

b) Erant alii *temporarii*, *perpetui* alii, pro nutu voventium.

c) *Obligationes* erant tres : *abstinendi a vino* et quovis potu inebriante, *comam non tondendi* per totum voti tempus, *nullius*, ne patris quidem aut matris, *funus curandi*. — In fine voti quae servanda fuerint, lege Num. VI. 13 sqq.

d) Institutum *in honore fuit*, ut colligitur ex Am. II. 11; I Mach. III. 49-50. — Tempus durationis instituti illius est *a Moyse* usque *ad Apostolos* (Act. XVIII. 18; XXI. 23). — De Joseph Nazaraeo vocato, vide Gen. XLIX. 26.

II. De sectariis. — A. *Samaritani* constituebant *sectam religiosam Judaeis oppositam;* cfr. dicta ad Matth. X. 5; lege, si lubet, *Vig.*, Mélanges bibl. p. 363 sqq.; cfr. dicta p. 42, 43.

---

(1) « Il est entendu que *les premiers-nés du bétail* sont à Jéhova et doivent lui être offerts, et il est entendu en conséquence que *le prêtre a sa part* déterminée de ces victimes ; mais *le reste revient à ceux qui les ont amenées* et doit être consommé par eux. Il est entendu que *les prémices des fruits* de la terre, la *reschith* du blé, du vin et de l'huile appartiennent à Jéhova ; il est entendu en conséquence que ces offrandes de prélèvement sont dues aux prêtres, mais une partie en sera laissée aux offrants pour leurs repas de fête » (*Van Hoonacker*, op. c., p. 404-405).

De Herodianis, qui *sectam politicam* constituisse dici possunt, vide quae notavimus ad Matth. XXII. 16.

B. Sectarii *inter Judaeos* erant *Pharisaei, Sadducaei, Esseni* et *Therapeutae.*

De *Essenis* verbulum (1); cfr. Bec., cap. IX, nn. 9, 10; de *Therapeutis* nil; de *Pharisaeis* et *Sadducaeis* breviter.

1. *De Pharisaeis.* « *Pharisaei* nuncupati creduntur a verbo *pharasch*, quod *separandi* notionem habet, tanquam *a communi vulgo* rigidiori vitae instituto atque peculiari sanctitatis studio, vestitu quoque et habitu, *separati.* Et quidem praecepta legis quam *strictissime interpretabantur;* imo, ne alicui deessent, multa praeterea observabant. Itaque institutum *per se laudabile* erat, magnamque sectatoribus suis gratiam et auctoritatem apud Judaeos conciliaverat. Verum, aetate Christi, quamquam non deerant Pharisaei qui sincero religionis studio ducerentur, ut *Gamaliel* (Act. V. 34) et *Saulus* (Philip. III. 5), plerique tamen ab instituto suo plane desciverant : quos ideo Christus vehementius insectatus est (Matth. XXIII). Etenim vitae suae rationem unice *ad ostentationem* componebant, ut pietatis et sanctitatis laudem sibi ab hominibus compararent. Hinc, veram justitiam et *internam puritatem* penitus *negligentes*, corporalem tantum munditiem curabant, et, quae ad fucum vulgo faciendum nata essent, ea magno cum strepitu frequentabant; *gravissima* porro *legis natu-*

(1) Praemissa animadversione illos non nominari in Evangeliis, non fuisse autem raros in Palaestina, ita pergit *Les.*, op. c., p. 91 : « Ils pratiquaient le communisme, s'abstenaient du mariage, du serment et des sacrifices sanglants, exagéraient encore bien plus que les pharisiens l'observation du sabbat, les purifications et les précautions contre toute impureté légale. On les confondait pratiquement avec les pharisiens, dont ils n'étaient qu'une variété poussant les choses à l'extrême. Du reste, ce que l'on croit savoir sur leur compte demeure problématique, les documents certains faisant défaut ». De his fuse *Réville*, op. cit., p. 124 sqq. Sint haec quam brevissima p. 131 : « Quelle est l'idée-mère de l'essénisme? C'est la même que celle qui a fait le pharisaïsme, c'est la recherche méthodique, absorbante, devenue idée-fixe, de la pureté légale; c'est le culte de la Loi attribuée à Moïse, joint au sentiment que, pour l'observer scrupuleusement, il faut s'astreindre à des pratiques, à des précautions, à des purifications, à des abstinences, qui doivent servir de défenses avancées à son observation correcte. Seulement, la « justice » essénienne est plus exigeante encore que celle des scribes et des pharisiens. Elle en est le prolongement à outrance ».

ralis mandata parvi pendentes, ritualia legis praecepta ad litteram premebant, et quam rigidissime interpretabantur. Praeterea verum et praecipuum legis sensum saepe pervertebant *traditionibus* humanis, quas legi divinae non solum aequabant sed et praeferebant. Superstitiosam quoque affectabant separationem a vulgo, et cum peccatoribus cibum non capiebant (Matth. IX. 11) : imo ne quidem tangi se ab iis patiebantur (Luc. VII. 39). Falsa Pharisaeorum placita, eorumque vitia *Christus* in concionibus suis frequentissime *redarguebat* et *castigabat :* quos idcirco *inimicissimos sibi* habuit. Praecipuum illorum errorem dogmaticum Joannes (Matth. III. 9) perstringit ».

2. *De Sadducaeis.* De Sadducaeorum *nomine* et *origine* inter eruditos non convenit. Sectae hujus *placita* sic describit *Danko :* « Sadducaeorum error isque omnium gravissimus fuit, *quod resurrectionem mortuorum non crediderint* (Matth. XXII. 23). Alius isque pariter teterrimus erat, *quod negarent dari naturas spirituales* (Act. XXIII. 8). Non esse providentiam circa mala, imo, si Josepho credimus, nullam. Cum Pharisaei plus aequo tribuerent traditionibus patrum, in alterum extremum procurrerunt Sadducaei; creduntur enim *nihil admisisse quod non disertis verbis in Sacra Scriptura exstaret* (Vide in Matth. XXII. 31). In cultu divino externo cum Pharisaeis consentiebant, unde et inter judices Synedrii sedebant. Hinc et saepius *cum Pharisaeis in Christum conspiraverunt* (Matth. XVI. 1) : quem captiosis quaestionibus tentarunt (Marc. XII. 18). — Doctrinae fidei respondebat *vitae publicae et privatae conditio. Pauci* erant Sadducaei numero, sed *opulentiores* fere ac principes civitatis; quamquam ob ingenium ferox et asperum tum nulla apud plebem gratia, tum exigua in republica auctoritate gauderent, ita ut in gerendo magistratu inviti cogerentur exosa sibi Pharisaeorum placita et instituta tueri, utpote qui pietatis causa prae ceteris cari Deo habebantur. Quod ad mores attinet, a severitate judaica *ad Graecorum luxum et mollitiem* degenerabant ita, *ut quovis genere flagitiorum volutarentur* » (*Liagre,* in Matth. p. 67-69). Lege *A. Réville,* op. cit., p. 109 sqq.

Erat apud Judaeos duplex classis personarum officium exercentium, de quibus saepe in Scriptura : *publicani* et *scribae.*

De publicanis, tributorum perceptoribus, vide p. 90-91.

De scribis ita *Lamy*, op. cit., p. 353 : « *Scribae*, qui et *Legisperiti* vel Legis doctores in Vulgata appellantur, erant Judaeorum doctores qui in Synedrio magno vel in synagogis Legem Moysis aliasque Scripturas explanabant (1). Christus eadem ipsis ac Pharisaeis vitia exprobravit, et revera plerique eorum Pharisaei erant, nonnulli vero Sadducaei ».

III. **De Proselytis.** Erant *gentiles nativitate, Judaei facti.* Decursu temporis admodum multiplicati sunt : alii erant *proselyti justitiae, circumcisione* populo inserti, et ad totam Legem servandam adacti; alii, *proselyti portae*, incircumcisi erant, nec totam Legem, verum tantum *praecepta Noachia* servare debebant (2).

§ III. — De actibus religionis seu rebus sacris.

I. — De sacrificiis.

Jam inde ab antiquissimis temporibus sacrificia oblata fuisse ex Gen. IV. 3-4 colligitur. Per decursum saeculorum, ille impulsus, homini inditus, ut per sacrificium Creatoris dominium agnoscat, hunc sibi propitium faciat, beneficia ab eo postulet de iisque acceptis gratias agat, variis modis se manifestavit De variis dispositionibus Legis hanc materiam spectantibus jam acturi sumus.

(1) Les scribes étaient les véritables directeurs spirituels de la nation. Prenant pour base la Sainte Ecriture, ils complétaient les textes juridiques par le droit coutumier appelé *halacha*, la « marche » (voie), et ils en expliquaient les récits et les textes moraux par la *aggada* ou « doctrine ». . Leur enseignement était fait d'interprétations le plus souvent arbitraires, fantaisistes, étroites et parfois révoltantes. Notre-Seigneur en donne plusieurs exemples (Mat. XV. 5-6; Marc, VII. 10-13; etc.)... Le *Talmud* ou « enseignement » dans lequel on a réuni par la suite la doctrine des grands scribes, n'est qu'un ensemble de récits d'une puérilité ridicule (exemplum habes apud *Chauvin*, op. c., p. 560), au milieu desquels ne se trouvent que de loin en loin quelques idées utiles. (*Lesêtre*, op. c., p. 89-90; cfr. art. ejusdem auctoris, *Dict. Bibl.*, t IV, col. 1077 sqq., ad vocem, *Midrasch*, ubi fusius de eadem materia).

(2) « Les rabbins énumèrent sept préceptes qu'ils appellent *Noachiques*, parce qu'ils auraient été donnés à Noé; les païens eux-mêmes y étaient soumis : Eviter 1° l'idolâtrie; 2° le blasphème : 3° l'effusion du sang; 4° la manducation du sang; 5° les péchés contre nature; 6° la rapine; 7° vivre en société et respecter l'autorité » (*Vig*, Man. bibl. t. I, p. 581, n. 6).

1. **De divisione sacrificiorum.** — Sacrificia, *ratione materiae*, sunt alia *cruenta*, *incruenta* alia : haec iterum sunt *immolationes*, si fructus terrae, ut panis, simila, thus etc., *libamenta* si liquores, ut vinum, oleum etc. offeruntur. Immutatio seu *quasi destructio* alio atque alio modo, pro natura rei oblatae, fiebat : animalia mactabantur, panis dissecabatur, liquores effundebantur etc.

Sacrificia *cruenta* etiam *hostiae* seu *victimae* vocabantur. Dividuntur, *ratione finis*, sequenti modo :

1. Holocaustum	sacr. latreuticum 1.	Ordo dignitatis seu praestantiae (1).
2. Sacrificium pro peccato 3. » » delicto	» propitiatorium seu expiatorium. 2.	
4. Hostia pacifica . . .	» eucharisticum 3. » impetratorium 4.	

2. **De materia sacrificiorum.** — In sacrificia offerri poterant *sola munda*, debebantque esse *sine macula* seu *vitio* (Lev. III. 1 sqq.; XXII. 20-27) : omne enim quod est optimum, est Deo tribuendum (S. Thom.); praeterea figurabant Agnum sine macula. — De *aetate* varia statuuntur (Lev. IX. 3; XXII. 27 etc).

3. **De ritibus servandis.** — A. Quoad cruenta. a. *In holocausto*, ut nomen indicat. integrum animal, post mactationem, et sanguinis circa altare effusionem, super altare comburebatur (2), pelle prius detracta (quae sacerdotis erat) et animali dissecato in frusta (Lev. I. 1-17; VII. 8). — Inserviebat cum cultui publico, ut in jugi sacrificio, tum cultui privato (Num. VI. 10-11; Lev. XIV-XV). Sola mascula in holocaustum offerri poterant.

b. Sacrificium *pro peccato* (Lev. VI. 24-30), et *pro delicto* (ib. VII. 1-6), utrumque *expiatorium* erat. In quo fuerit distinctio, non concordant : vide auctores ad ll. ind. (3).

(1) Cfr. *S. Thomas*, I. II, q. 102, a. 3 ad 8 et 10; *Bec.* Anal. p. 193.

(2) De *igne* quo uterentur vide Lev. IX. 23-24; X. 1-2; II Mach. I. 19 sqq.; *Bec.*, op. cit., cap. XIV, num. 34-39.

(3) « Ils différaient seulement par les points suivants : le premier pouvait être pris dans les *quatre espèces* d'animaux susceptibles d'être immolés en l'honneur du Seigneur; tandis que pour le second on n'avait le choix qu'entre un *bélier et un agneau ;* ce dernier n'était offert que *par des particuliers* pour expier leurs fautes personnelles; le sacrifice pour le péché au contraire, faisait *souvent partie du culte public.* — Dans l'un et dans l'autre, on brûlait les parties grasses de la victime et tout le reste appartenait aux prêtres; ils n'étaient pas accompagnés, comme les autres sacrifices san-

Combustis partibus praefinitis (la graisse qui couvre les entrailles, les 2 rognons avec la graisse qui est dessus, le grand lobe du foie et la queue grasse des béliers, Lev. IV. 8-9; VII. 3-4), reliqua pars erat sacerdotum, nil vero offerentium. Vide tamen Lev. IV. 12, 21, 26; VI. 23; XVI. 27. — De Summo Pontifice ex errore peccante, de populo integro peccati reo, de principe populi delinquente, de viro privato peccante, cfr. Lev. IV-V (1).

c. *In sacrificium pacificum*, quod modo supra indicato dividebatur, praeter casum Nazaraei (Num. VI. 10 sqq.), et festum primitiarum (Lev. XXIII. 18 sqq.), in quibus animalia determinantur, offerri poterat quodcumque animal mundum et sine vitio, absque distinctione sexus vel aetatis (Lev. III). Servatis quibusdam ritibus (ib. et VII. 30-31), quibusdamque partibus sacerdoti concessis, pectore scil. et armo dextro, reliqua pars erat offerentium, ad convivium sacrum instituendum (2).

Per impositionem manus super caput animalis mactandi, homo victimam illam quasi onerabat peccatis suis, confitens se per peccata mortem meruisse, seseque illam, sibi substitutam, loco sui tradere ad mactandum. « Per occisionem animalium significatur... quod homines erant digni occisione pro peccatis suis, ac si illa animalia loco illorum occiderentur ad significandam expiationem peccatorum » (S. Thom., 1ª 2ªᵉ, q. CII, a. 3-5). Cfr. Lev. I. 4; XVI. 21.

B. Quoad incruenta. Sacrificia incruenta ordinarie cruenta comitabantur; attamen separatim poterant offerri. « Sacrificium incruentum Hebraeis dicebatur *mincha*, quae vox cum latine reddi nequeat, vulgatus interpres ubique pro ea *sacrificium* vel *oblationem* posuit. *Mincha* igitur est sacrificium quod ex simila seu farina triticea fit, sive pura simila sit, sive cocta clibano, sartagine aut craticula. Debebat autem ille panis *azymus* esse. Fermentum

---

glants, d'offrandes et de libations, et ils ne pouvaient être offerts que dans des cas spécifiés par la loi. Lev. VII; Num. VI. 11; Lev. XXIII. 19 » (*Vig.*, man. bibl. I, p. 616).

(1) Pauper poterat loco agni offerre duas turtures aut columbas, vel $^1/_{10}$ ephae farinae (Lev. V. 7-11). Imo, quia sacerdotum erat, facile mos introductus fuerit ut offerrent pecuniam, si vir erat in regione dissita. « C'était plus expéditif et plus simple » (*Van Hoon.* op. cit. p. 410).

(2) De episodio I Reg. II. 12 tractat laud. auctor, op. cit., p. 414 sqq.

enim et mel ab altari exclusa erant, exceptis duobus panibus fermentatis in festo Pentecostis et sacrificiis eucharisticis. At ex his fermentatis nihil altari imponebatur. Simila autem, sive cocta sive non cocta, oleo conspergebatur et sale condiebatur. Pars cum thure super altare cremabatur, pars reliqua sacerdotum erat. — Sacrificiis cruentis incruenta addi voluerit Deus ut homo non solum rebus animatis sed etiam inanimatis coleret Deum, ut etiam sacrificium Eucharistiae hoc modo adumbraret. Utrumque autem sacrificii genus jam a Caino et Abele oblatum videmus » (*Lamy*, op. cit., p. 355, 356. Cfr. dicta p. 135).

Sunt oblationes seu immolationes separatim factae vel *publicae*, seu nomine totius populi, ut 1. primitiae messis in Paschate (Lev. XXIII. 10 sqq.), 2. panes duo in Pentecoste (ib. 17), 3. panes propositionis (vide p. 108); vel *privatae*, ut 1. oblatio peccatoris pauperis (vide not. p. praec.), 2. mulieris in probatione per aquas amaras (v. p. 53 et 54), 3. sacerdotis prima vice ad altare accedentis (Lev. VI. 19 sqq.), 4. viri voventis (Deut. XXIII. 21-22).

De jugi sacrificio vide Ex. XXIX. 38 sqq., Num. XXVIII. 3-4; de hujus indole typica, *Bec.*, op cit., cap. XIV, num. 14.

II. — De votis, juramentis et jejuniis.

Vota Deut. XXIII. 21 22 reddenda praescribuntur; quandoque irritari poterant (Num. XXX). — *De juramento* vide praescripta Ex. XX. 7; XXIII. 13; Lev XIX. 12; Deut. V. 11. — *De jejuniis*, quae alia *publica* erant, alia *privata*, sint haec : Lege unicum jejunium *publicum* erat praescriptum, scil. in magno festo Expiationis (cfr. infra dicenda de hoc festo); quandoque tamen in magnis calamitatibus vel aliis de causis jejunia indicebantur. *Post captivitatem* quaedam jejunia fuerunt introducta, in memoriam expugnationis Jerusalem et incensi templi, aliorumque eventuum praeteritorum (cfr. Zach. VII. 5; VIII. 19). Erant quam maxime rigorosa, ita ut per integrum diem nil manducarent. *Tempore Christi* Synedrium indicabat diem jejunii generalem et nationalem. Antiquitus Hebraeos in luctu et rebus adversis privata jejunia observasse supra diximus. — De Pharisaeis jejunantibus vide Matth. VI. 16; Luc. XVIII. 17.

III. — De immunditiis et purificationibus.

De immunditiis legalibus, quae Lev. V. 1-4; XI-XV, Num. XI exponuntur, sufficiat nobis breviter retulisse quae scribit *Lamy*, op. cit., p. 311-312 : « Lege mosaica alii erant *immundi in se*, alii *e contactu* personae vel rei immundae. *Immundi in se* erant : 1 leprosi; 2. qui quacumque ratione, licite vel illicite, semen emiserant; 3. puerperae (vide p. 56), menstruatae, hemorrhoissae. — *E contactu immundi* erant omnes qui tetigerant 1. personas immundas mox enumeratas (distinctio fiat pro puerperis); 2. reptilia aut alia animalia immunda vel eorum cadavera; 3. cadavera, ossa, vel sepulcra hominum mortuorum, domum et cadavera animalium sponte mortuorum. Immundi etiam erant qui ingressi fuerant domum, in quo cadaver hominis jacebat, et qui aquas expiationis tetigerant. — Ex his immunditiis aliae *graviores*, *leviores* aliae erant. *Graviores*, quales erant leprosorum, seminifluorum, menstruatarum (adde : *puerperarum*, per 7 aut 14 dies), non solum a templo et sacrificiis sed etiam *a consortio hominum* arcebant. *Leviores*, quales erant pleraeque earum quae e contactu rei immundae nascebantur, *a templo dumtaxat* et sacrificiis, non autem a consortio hominum removebant. Porro posteriores istae saepe *cum die extinguebantur* et *meris lotionibus* emundabantur; priores vero *ad plures dies* potrahebantur, et nonnisi *sacrificiis* vel *aqua expiationis* tollebantur. — Prolixum foret singulatim agere de unaquaque ex hisce legibus ritualibus et ostendere *quam sapienter* unaquaeque lata fuerit. Sufficiat observare Moysen hisce praecipuis rationibus motum fuisse, nempe : ut *sanitati* Hebraeorum *consuleret*, morborum contagiosorum pericula averteret (1), *studium puritatis et bonorum morum* promoveret (2), populum suum *a gentibus secerneret* eumque a periculo labendi in idololatriam immunem praestaret ». Cfr. not. 2, p. 58 et 59.

---

(1) Nunc cum, nunc vero absque fundamento in re.

(2) Noli tamen confundere puritatem *legalem* cum *morali* puritate. Possunt conjungi vel sejungi. « La loi établissait un grand nombre d'impuretés qui, sans présupposer aucune faute morale, résultaient de certains états maladifs, d'accidents naturels et même de fonctions normales du corps humain ». (*Pelt*, Histoire de l'Ancien Testament, t. I, p. 263). — Statuta ex ipsa Lege sat intricata, adhuc intricatiora evaserunt durante periodo Talmudica cum sua quandoque ridicula casuistica.

§ IV. — De festis religiosis seu temporibus sacris.

. **I. De sabbato.** Ex. XX. 8-22 lex obligans Judaeos ad sabbatum sacrum habendum, strictissima quiete servata (nomen ipsum = requies), a Moyse lata fuit. Deus, inde a mundi primordiis, diem septimum *sanctificasse* legitur Gen II. 3. Legem tamen a Moyse primum latam fuisse admittimus; quod non excludit sabbatum *antea* a pluribus *sine lege* fuisse observatum. Verba Ex. XX. 8 : *Memento ut diem sabbati sanctifices*, non vocant in memoriam praeceptum jam existens, sed praeceptum condunt in posterum servandum.

In praecepto de vacatione ab operibus et ea ratione sabbatum sanctificandi, non videtur per se praescriptus ullus actus positivus externus, quo Deus coleretur, ita ut ipsa *sola cessatio* pro illo tempore *haberet rationem religiosi cultus* et illa praecise praeceptum adimpleretur; nec tenebantur omnes sacrificiis interesse, quemadmodum tenemur in lege christiana praesentes esse Missae sacrificio, die sabbato substituta. Solitos tamen fuisse postea Hebraeos convenire ad orandum et audiendam Scripturarum lectionem novimus, cum aliunde, tum e supra dictis *de synagogis*.

Abstinendum igitur erat ab *omni opere servili*, etiam ab accendendo igne, a parandis cibis, qui praeparendi erant pridie, feria 6ª, ideo *Parasceve* postea dicta. Nec *longius iter* instituere licebat : vide p. 83 *de itinere sabbati*. — Pharisaeos Christo crimini vertisse quod morbos sabbato curaret aliaque similia, ex variis Evangeliorum locis compertum est (1).

Praecepti *transgressores* juxta Ex. XXXI. 15 coll. Num. XV. 32 sqq. *lapidabantur*. Quousque per decursum temporis hoc praeceptum extenderint fere incredibile est (2).

---

(1) Matth. XII. 1-12; Marc. III. 1-4; Luc. VI. 1-9; XIII. 14. Cfr. I Mach. II. 31-41; Jer. XVII. 27; Ezech. XX. 13; Neh. XIII. 15-22 etc.

(2) « Plus tard, dans le Talmud, ces prescriptions atteignent *une rigueur excessive*. D'après la *Mischna*, trente neuf affaires principales ne peuvent être traitées le jour du Sabbat; encore chacune d'elles a ses subdivisions ». His enumeratis, ita pergitur : « Ce n'était pas tout, chacune de ces affaires exigeait un certain nombre d'explications. Citons-en quelques exemples : la défense de faire ou de défaire un nœud paraissait bien vague : de quels

Appendix 1. **De anno sabbatico seu septimo** (Lev. XXV. 2 sqq.; Ex. XXIII. 10-11). Tria illius anni *privilegia* erant:

1. Hoc anno non poterant serere aut metere, sed *quies dabatur agris et vineis*, quod praescribebatur varios in fines, scil. : ut terra requie fieret feracior (cfr. p. 66); in symbolum et memoriale requiei divinae; ut Judaei discerent in Deum confidere; in gratiam pauperum (Ex. XXIII. 11). — Objectionem praeoccupatam vide Lev. XXV. 20-22.

2. *Debita repeti non poterant* a debitoribus *Hebraeis*. (Deut. XV. 1-2. Cfr. ib. 9-10). Controvertitur autem utrum debitum fuerit *exstinctum* an vero *suspensum* tantum.

3. Publice coram populo *legebatur* a sacerdotibus, in festo tabernaculorum, *Deuteronomium* (Deut. XXXI. 10-13). Privilegium quod quidam huic anno agnoscunt, ut scil. fieret remissio servitutis seu manumissio servorum hebraeorum, de *anno 7° servitutis* est intelligendum (Ex. XXI. 2).

Appendix 2. **De jubilaeo** seu anno 50°. Privilegia erant :

1. *Requies terrae*, ut supra (Lev. XXV. 11-12). Difficultatem quam hic movent quidam (deux années consécutives sans récolte),

---

nœuds s'agit-il? Les rabbins répondaient gravement : « on serait coupable de faire ou de défaire un nœud de chamelier et un nœud de batelier ». (Schabbath, XV. 1-2) : *Rabbi Meir* disait : « Si on peut défaire le nœud d'une seule main, on est innocent. Et puis on peut faire certaines espèces de nœuds : une femme peut nouer les cordons de sa robe, les rubans de son bonnet, sa ceinture : on peut nouer ses chaussures et ses sandales, on peut fermer des outres de vin et d'huile et un pot qui renferme de la viande ». Il était encore défendu d'écrire deux lettres de l'alphabet, mais si on les écrit dans des langues différentes ou avec des encres de différentes couleurs ou encore l'une de la main droite et l'autre de la main gauche, est-on coupable? a-t-on violé la loi? Oui, répondent les rabbins qui ont prévu tous les cas » (*Stapper*, La Palestine au temps de Jésus-Christ. pp. 338-339). — Ajoutons quelques-unes des prescriptions de la Guémare de Jérusalem : « La question de savoir si on peut tuer un pou le jour du Seigneur y est résolue négativement; cette action considérée comme un véritable travail doit passer conséquemment pour interdite... Enfin, un homme qui sortirait le samedi, portant sur lui les insignes de sa profession ou les instruments de son travail ordinaire, se trouverait en faute. Porter une aiguille sera donc défendu au tailleur; une plume à l'oreille, défendu au scribe, mais non aux gens appartenant à d'autres professions » (*Trochon*, op. cit., note 18e, pp. 532-533).

vide apud probatos auctores solutam (*Vigouroux*, Dict. t. III, col. 1750 sqq.).

2. *Manumissio servorum* qui nondum annum 6[um] expleverant servitutis (Lev. XXV. 39-41).

3. Avitae *possessiones* redibant ad *pristinos possessores* sine ullo pretio aut compensatione (Lev. l. c.). Moyses ita nimiam bonorum accumulationem in certis familiis, aliarumque penuriam sapienter praecavit. Quod Lev. XXV. 10 legitur : *vocabis remissionem*, non de debitorum remissione, verum, juxta hebr., de manumissione servorum intelligendum videtur.

II. **De neomeniis.** Menses lunares fuisse supra dictum est; initium mensis, *neomeniam* (1), novilunium seu novae lunae diem celebrabant peculiaribus sacrificiis in Lege praescriptis (2).

Labores non intermittebantur nisi in *mensis septimi* neomenia, quae *festum tubarum* appellabatur, quia sono tubarum nuntiabatur (Num. XXIX. 1-6). Tunc plura sacrificia offerebantur (3), sabbatizandum erat, non tamen ut sabbato, siquidem licuerit cibos parare, nec transgressores poena mortis manserit. « Hisce neomeniarum festivitatibus voluerit Deus avertere Israelitas a superstitione qua gentes lunae sacrificabant eisque in memoriam revocare unum esse universi gubernatorem Deum, qui lunam sicut cetera moderatur » (*Lamy*, op. cit., p. 346).

III. **Pascha**, inter solemnitates Hebraeorum praecipua, celebrabatur 15[a] mensis Nisan, in memoriam liberationis ex Aegypto, et *immunitatis ab angelo exterminatore*, qui Hebraeos transiit (*il passa* les maisons des Israélites lorsqu'il frappa les Egyptiens); dies festivi erant a XV ad XXI mensis; prima die et ultima ab opere vacandum erat, non tamen a cibis parandis. Alio nomine vocatur *festum azymorum*, propter rationem nemini non notam (4).

---

(1) Vulgatus interpres modo *neomeniam* modo *calendas* dicit, propterea quod Romani primum diem mensis calendas dicerent.

(2) Num. X. 10; XXVIII, 11-15.

(3) « Outre les sacrifices de Néoménies ordinaires, on offrait ce jour-là un taureau, un bélier et sept agneaux en holocauste, et un jeune bouc en sacrifice de péché, avec des offrandes et des libations » (*Trochon*, op. cit., p. 641).

(4) Ex. XII. 15 sqq.; XIII. 7 sqq.; Lev. XXIII. 6 sqq.; Deut. XVI. 1-8; Luc. XXII. 1, etc.

Huc transfer quae in Matth. XXVI. 2 de vocis etymologia diximus; XV erat prima dies azymorum (ib. ℣. 17), sed cum a vespera inciperet, et jam tunc omne fermentatum *debuerit removeri*, imo *citius removeretur*, XIV vocabatur nonnumquam prima dies azymorum, ita ut nunc 7, nunc 8 dies azymorum numerentur. Qui prohibitus fuerat Pascha debito tempore manducare, secundi mensis eodem die ad illud tenebatur (Num. IX. 6 sqq.).

De agno paschali, rituque quo *prima vice* comedi debuerit, lege Ex. XII, adjecto commentario. — Decursu autem temporis, nonnullae fuere immutationes introductae. Cfr. dicta in Matth. XXVI. 20. Erat eligendus die X mensis, immolandus vespere diei XIV, seu *inter duas vesperas;* intellige : *au crépuscule;* postea vero, propter multitudinem agnorum ad locum sanctum a sacerdotibus mactandorum, mactatio quandoque inde a die XIII erat anticipanda. Agnus erat manducandus, cum pane azymo et oleribus amaris, nocte quae vergit in diem XV (1). *Secunda die* Paschatis, primus hordei maturi manipulus offerebatur (2), cum agno in holocaustum, adjectis oblationibus et libationibus. Reliquis diebus quaedam holocausta et victimae pro peccato immolabantur.

IV. **De pentecoste.** A die XVI Nisan 7 hebdomadae (3) numerabantur, et quinquagesima dies (ἡ πεντεκοστή, unde nomina *Pentecostes*, *Pentecôte*, *Pinksteren*), celebrabatur festum *hebdomadum*, a 7 his hebdomadis sic dictum. Alio nomine *festum messis* vocabatur (Ex XXIII. 16), quia in gratiarum actionem pro messe absoluta celebrabatur, vel *dies primitivorum* (Num. XXVIII. 26), quia duo panes fermentati farinae novae triticeae *in primitias* messis offerebantur. — Plura sacrificia (holocausta, pro peccato, pacifica) offerebantur (4). Traditio judaica docet illud festum institutum fuisse *etiam in memoriam Legis die 50ᵃ post egressum datae*, in Sinai monte. Lege Act. Ap. II. 5-13.

---

(1) Cfr. *Ex. Van Crombrugghe*, De sotorologiae christianae primis fontibus (dissertatio inauguralis, Lovanii, Van Linthout, 1905), pag. 179, not. 3.

(2) « C'était la cérémonie religieuse d'ouverture de la moisson. Lev. XXIII. 10-14 » (*Vig.* Man. bibl.).

(3) Lev. XXIII. 15 sqq.; Deut. XVI. 9-12.

(4) Lev. XXIII. 17-19; Num. XXVIII. 26-31.

V. « **Festum tabernaculorum** (1), graece σκηνοπηγία, *scenopegia*, a XV ad XXII mensis septimi (Octobris), per octo integras dies, celebrabatur. Dies octava maxime solemnis erat, in qua, sicut in prima die, ab operibus vacandum erat. Instituta erat haec solemnitas in gratiarum actionem pro collectione fructuum ac vindemia et in memoriam commorationis Israelitarum sub tentoriis in deserto. Idcirco durante hac solemnitate, Judaei habitabant in tentoriis seu tabernaculis frondosis. Plurima singulis diebus sacrificia offerebantur » (*Lamy*, op. cit., p. 348).

VI. **Festum expiationis** (2) celebrabatur die X mensis septimi..., hoc ritu : *Summus Pontifex*, loto corpore, lineis femoralibus ac tunica vestitus, zona linea cinctus, cidarim lineam capite gerens, adducebat *vitulum* pro peccato suo, et *arietem* in holocaustum pro se, et suscipiebat *a populo arietem* in holocaustum et *duos hircos* pro peccato : horum *unus*, missa sorte, *Domino*, *alter Azâzêl* (3) destinabatur. « Dein offerebat vitulum *pro peccatis suis*, et hircum (*Domino destinatum* pro peccatis populi, assumptoque thuribulo, quod de prunis altaris impleverat, et ferens incensum ultra velum *intrabat in Sancta Sanctorum* et incensum adolebat ita ut fumus quasi nubes Propitiatorium operiret. Statim autem tollens de sanguine vituli, digito aspergebat septies versus oraculum et pavimentum Sanctissimi, idemque peragebat cum sanguine hirci. Purificatis eodem sanguine altari et sanctuario, assumebat hircum emissarium et, posita utraque manu super caput ejus, confitebatur omnia peccata filiorum Israel, eumque immittebat per hominem paratum in desertum ». Pontifex reversus lavatur in atrio, offert holocaustum suum et plebis i. e. *duos arietes*; homo

(1) Lev. XXIII. 34-43; Num. XXIX. 12-39; Deut. XVI. 13-15; Esdr. VIII. 18; Joan. VII. 2, 37.

(2) Lev. XVI; XXIII. 27-32; Num. XXXI. 7-11.

(3) Juxta *Vulgatam*, cui nonnulli consentiunt, vox illa, in hoc unico loco obvia, *ipsum hircum* indicat; juxta alios *locum* ad quem mittebatur; juxta multos recentiores, et melius quidem, *daemonem*. Haec sententia multis argumentis per probatos interpretes stabilitur. Cfr. Lev. XVI 8. — « L'Epître aux Hébreux (cap. VIII sqq. passim) explique le sens figuratif des rites du jour de l'expiation. Ce jour était la figure du grand jour où Jésus Christ a expié les péchés de toute l'humanité; mais une immense distance sépare l'ombre de la réalité » (*Pelt*, op. cit., p. 276-277).

autem qui duxerat hircum in desertum, redux lavatur integer. « Deinde vitulus et hircus, quos Pontifex pro peccatis mactaverat, extra castra asportabantur et comburebantur. — Hac caeremonia voluerit Deus Israelitis ostendere eos sub peccato esse et peccata (*omnia*) necessario expianda esse, ut Deus, cujus sanctitas omnem peccati maculam abhorret, placaretur et propitius fieret. Hac porro expiationis die Israelitae *jejunare* debebant et *ab omni opere vacare* (*Lamy*, op. cit., p. 348-349).

VII. *De aliis festis praeter legalia.*

1. **Festum sortium** (*Phurim*) institutum fuit a Mardochaeo in memoriam liberationis Judaeorum a crudeli mortis edicto quod rex Assuerus, ab Aman impulsus, tulerat (Esther IX. 20-32). — « On ne sait pas comment elle était observée à l'origine. Depuis longtemps et aujourd'hui encore, elle est très populaire chez les Juifs. On lit le livre d'Esther dans la synagogue, et, chaque fois que le nom d'Aman se présente, l'assemblée manifeste son horreur en frappant des mains et des pieds; une fois le service de la synagogue achevé, tout le monde se livre à la joie » (*Trochon*, op. cit., p. 648).

2. **Festum encaeniorum.** In memoriam emundationis et dedicationis templi, quod Antiochus Ephiphanes profanaverat, Machabaei, anno 167 ante Christum, instituerunt festum perenne, quod ἐγκαίνια, *encaenia* dicebatur (I Mach. IV. 52-59; II Mach. X. 1-8; Joan. X. 22).

SOLI DEO HONOR ET GLORIA.
